JACOBI

PIGNATELLI

E CRYPTALEIS IN SALENTINIS

Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris

CONSULTATIONUM CANONICARUM

Tomus Undecimus;

HOC EST

INDEX GENERALIS

STUDIO ET LABORE CL. J. U. D.

Ex Quatuor in Unum coactus; omnes Quæstiones & Materias in earum Decem Tomis contentas, ordine Alphabetico exhibens.

EDITIO QUINTA VENETA SUMMO STUDIO RECOGNITA, Multis in locis aucta, & a mendis expurgata.



VENETIIS, MDCCXXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

IACOBI

PICNATELLI

E CRYPTARUM IN SALENTINIS

Sacræ Theologiæ, ac I. U. Doctoris

CONSULTATIONUM

CANONICARUM

Tomus Undecimus.

HOC EST

INDEX GENERALIS

STUDIO ET LABORE CL. I. U. D.

Ex Gratiani in Numm. concilia: omnes Constitutiones &c.

Materiæ in certum Decem Tomis contentæ, ordine

Alphabetico expletus.

EDITIO QUINTA VENETA SUMMO STUDIO RECOGNITA.

Addita in fine edita, & a mendis expurgata.

VENETIIS, MDCCXXXVI.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.



INDEX GENERALIS
RERUM, ET MATERIARUM
Quæ in X. Tomis
CONSULTATIONUM CANONICARUM
JACOBI PIGNATELLI
explanantur.

ABBAS, ABBATES. Vid. *Juriſdictio Viſitatio, Eccleſia, Baldachinum, Regularis, Renunciatio, Nuncius Apoſtolicus, Beneficium.*

ABBATES Generales, Monachorum an præcedere debeant in Capella Pontificia Generales Mendicantium? tom. 1. conſ. 105. per totam.

Quando ad Concilia admiſſi, ibidem num. 14.

De eorum præcedentia in proceſſionibus, ibid. n. 17.

Inter ipſos qui præcedat, ibidem numer. 25.

Cœleſtini præferuntur Mendicantibus, ibid. num. 7.

Eorum antiquitas, ibid. num. 28.

Sunt Dignitates, ibid. num. 93.

Abbates Cœleſtini ſunt etiam Generales, ibid. num. 35.

Suntque benedicti, ibid.

Eorum præcedentia ſuper Mendicantes unde oriatur, ibid. num. 45. & ſeqq.

Quinam eligendi, tom. 1. conſ. 136. n. 16.

Etiam quando jus nominandi ſpectet ad ſæculares, ibidem num. 21.

Qui ſunt intra Diœceſes Ordinariorum, non poſſunt facere re edicta contraria Conſtitutionibus ſynodalibus, tom. 1. conſ. 280. num. 1.

Abbates regulares non benedicti an poſſint ſuis ſubditis Regularibus ordines minores conferre, tom. 1. conſ. 367. n. 1. & tom. 4. conſ. 156. num. 1.

An hujuſmodi ordines minores ſint validè ab ipſis collati, tom. 1. conſ. 368. n. 1.

An dicti Abbates non benedicti conferentes Ordines Minores non ſubditis in loco exempto, exiſtente in diœceſi Epiſcopi, poſſint ab eodem Epiſcopo de hujuſmodi collatione puniri, tom. 1. conſ. 369. n. 1. & qua pœna, t. 4. conſ. 156. n. 5. & ſeq.

An ſint miniſtri ordinarii Sacramentorum ordinis, & Confirmationis, ibid. n. 3.

Abbates regulares nullius diœceſis, exercentes juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, an poſſint propria auctoritate in locis ſibi ſubjectis pontificalia exercere, tom. 1. conſ. 369. n. 1.

An iidem poſſint examinare teſtes pro ſtatu libero ſuorum ſubditorum probando, matrimonium contrahere volentium, tom. 1. conſ. 370. n. 1.

Ritus, quos in Pontificalibus Abbates obſervare tenentur, tom. 2. conſ. 33. à n. 9.

Eorum abuſus hac de re caſtigati, ibid.

Pro Caſinatibus declaratio ſuper re ipſa, ibid.

An poſſint valide, & quibus ordines conferre, tom. 3. conſ. 8. num. 9. & 10.

An liceat Abbati regulari exigere umbellam, ſive baldachinum, ac celebrare Pontificalia, & Miſſam ſolemnem in caſu, quo Canonici, unà cum Capitulo Cathedrali conſueverat ab immemorabili accedere ad Eccleſiam ipſius Abbatis, ibique celebrare primas Veſperas, ac Miſſam ſolemnem in die feſto Sancti titularis Eccleſiæ, tom. 3. conſ. 12.

In quot feſtivitatibus poſſint baldachinum erigere, ibid. n. 1.

An in die feſto Sancti titularis, ibid.

An etiam præſente Epiſcopo, ibid. n. 3. & 7.

An præſentibus Canonicis, abſente Epiſcopo, ibid.

Retinent primam dignitatem poſt Epiſcopalem, ibid.

Num poſſint ſeorſim à Capitulo canere primas Veſperas, & Miſſam ſolemnem cum Pontificalibus, ibid. n. 5.

Quatenus præcedant Canonicos, ibid. n. 7.

Sunt in culmine dignitatis, ibid.

Debent in ſuis Eccleſiis porrigere aſperſorium Prælatis ad illas accedentibus, tom. 3. conſ. 18. n. 20.

Abbates Caſinenſes an, & quatenus benedicere; ac conſecrare poſſint altaria fixa, & portatilia, tom. 3. conſ. 68.

Quid de conſecratione campanarum, vaſorum, ac veſtium, ibid. num. 8.

Sacræ Rituum Congregationis hac de re declarationes, ib n. 7.

Abbas regularis poſt Epiſcopum habet primùm locum, tom. 4. conſ. 26. n. 19.

An & quatenus præferendus Clericis, ibid. per totam, ſignatè à n. 20. 23. & ſeqq.

Abbates ſunt majores inferioribus dignitatibus Eccleſiaſticis, ib.

Præcipuè ſi habeant juriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ibid.

An Abbates regulares; qui habent uſum Pontificalium, utì illis poſſint in Eccleſiis exemptis, præcipuè Regularium, tom. 4. conſ. 106. à n. 1.

Eorum privilegia num reſtricta ad proprias Eccleſias, ib. n. 1.

Et aliis communicata, ibid. & num. ſeq.

Quomodo intelligitur facultas, conceſſa Abbatibus, habentibus uſum mitræ celebrandi pontificaliter in anno, ibidem num. 7.

An Abbas regularis non benedictus poſſit validè conferre Ordines minores non ſuis ſubditis, tom. 4. conſ. 158. num. 2.

Et an & quatenus puniri poſſit, ibid.

An & quando ei liceat à gravaminibus ordinariorum appellare, tom. 4. conſ. 160. n. 14.

An & quatenus ejus admiſtratio ſuſpendatur, tom. 4. conſ. 200. à num. 1.

Abbas in præjudicium Ordinarii, an poſſit exercere juriſdictionem ſuper perſonas Eccleſiaſticas ex eo tantum, quod teneant in emphyteuſim bona ejus Abbatiæ, tom. 5. conſ. 2. n. 36.

Abbates exempti in Concilio provinciali, & ſynodali, an poſſint uti mitra antifrigiata, tom. 5. conſ. 12. n. 25.

Quid de non exemptis, ibid.

In materia juriſdictionis inter Epiſcopos, & Abbates, ſive Commendatores an, & quatenus concedenda ſit manutentio Epiſcopis in quaſi poſſeſſione exercendi juriſdictionem Epiſcopalem in territoriis Abbatiarum, tom. 5. conſ. 85. n. 1.

Quæ ætas requiratur in Abbate, tom. 6. conſ. 10. n. 7.

Sub nomine Episcopi præcipuè non veniunt Abbates, neque sub nomine Ordinarii in subjecta materia, tom. 7. cons. 7. n. 22. & 32.
Abbates, aliique Prælati regulares in parochiis, in quibus habent jus patronatus acquisitum, vel cessum à laicis, tenentur Episcopo diœcesano præsentare Sacerdotes seculares, ut antea laici tenebebantur, nec possunt substituere monachos, eosque pro libito, non salutato Ordinario, removere, & Episcopis jurisdictionem, & reliqua jura subtrahere, ib. n. 26. ac 36.
Quatenus dici possint Ordinarii exemptorum, tom. 7. cons. 8. n. 8.
Quatenus, pro parochialibus Ecclesiis facere possint concursum, ibid. n. 17.
Ex quibus convincatur Abbates habere in Ecclesiis, sibi utroque jure subjectis, jurisdictionem quasi Episcopalem, ib. n. 90.
Quatenus possint œconomos in Ecclesiis parochialibus apponere, ac facere concursus, ibid. n. 91.
Punire Curatos, & Monachos sæcularizatos, aliosque Clericos, ibid. n. 92.
Cogere ad synodum Curatos, ibid. n. 94.
Approbare ad confessiones, etiam sæcularium, ibid. n. 5.
Concedere dimissorias, ib. n. 96.
Visitare clausuram monialium, & alia exercere; ib. n. 97.
Visitare Ecclesias, & in illis exercere pontificalia, ibid. n. 99.
Quid de cognitione causarum validitatis juspatronatus laicalis, ibid. n. 105.
Quatenus possint visitare collegia pia, confraternitates, &c. ibnum. 98.
Prohibetur Abbatibus usus pontificalium in officiis, ac missis defunctorum, tom. 7. cons. 44. n. 11.
In usu baldachini quatenus incurrant censuras, ibid. num. 16. ac seqq.
Sensus D. Bernardi circa pontificalia, in Abbatibus insignia, ib. num. 48.
An Abbates, qui in parochos, & parochianos jurisdictionem habent quasi Episcopalem privativè ad Episcopum, possint suis subditis sæcularibus litteras dimissorias, ad Ordines suscipiendos concedere, tom. 8. cons. 59. à n. 1. & à n. 14.
Quid quoad subditos regulares, ibid. n. 1.
In quibus casibus possint de jure communi, vel ex Concilio Tridentino tonsuram, & minores Ordines conferre, ib. n. 15.
Quid de concessione litterarum testimonialium, ib. n. 26.
An, & quatenus possit suspendi, excommunicari, privari suis officiis, ac dignitatibus à Legatis, sive Nunciis Apostolicis, tom. 10. cons. 10. à n. 3. & 14.
An, & quatenus remittere possit ea, quæ renunciat, ibid. n. 12.
Causæ suspendendi Abbatem ab officio, ib. n. 20.
Quomodo possit juri suo cedere, ibid. n. 20.
Ac manuteneri, in officio suo, ibid. n. 21.
An Abbas regularis relegatus in exilium, exacto exilii tempore, recuperet suam Abbatiam, quam habebat ante exilii sententiam, ab Abbate Generali alii collatam, tom. 10. cons. 66. n. 1.
Quatenus censeatur Ordinarius, tom. 10. cons. 62. n. 1.
Et habeat jurisdictionem Episcopalem, vel quasi, ibid.
Ex quibus id comprobetur, n. 2. & seqq.
Ejus jurisdictio Spiritualis ex quibus probari possit, ibid. n. 4.
Ex quibus etiam probetur ejus possessionis quasi possessio, ibid. n. 5. & seqq.
An respectu cognitionis causarum criminalium, matrimonialium ac similium locum habeat dispositio S. Concilii Tridentini pro Episcopis contra Abbatem, ibid. n. 9.
Quinam Abbates causas prohibitas à Concilio in cap. 20. sess. 24. de reform. cognoscere possint, ibid. n. 21.
Abbas Abbatiæ habentis pleno jure spiritualem, ac temporalem jurisdictionem, potest de causis matrimonialibus cognoscere, ibid. n. 25.
An, & quatenus à Patre Abbate Generali avocari possit causa ejus subditi regularis, tom. 10. cons. 87. à n. 1. & seqq.
Abbas Generalis habet jurisdictionem ordinariam, ibid.
Venit appellatione Ordinarii, ibid. & seqq.
Quid si etiam habeat jurisdictionem à Summo Pontifice specialiter ad id delegatam, ibid. num. 3.
Abbates regulares possunt parochiales Ecclesias visitare, & alias inferiores, unà cum vicino Episcopo cumulativè, tom. 10. cons. 90. num. 9.
Possunt solemniter benedicere, tom. 10. cons. 122. n. 36.
Abbas benedictus, vel ex privilegio pro benedicto habendus, facultatem habens exercendi pontificalia, & solemnem benedictionem Populo dare poterit, & omnia illa sacra benedicere, in quibus unctio non requiritur in districtu tamen sui Monasterii, & Ecclesiæ, in qua habet jurisdictionem, extra verò varias benedictiones dare, & conciliare Ecclesias, & cœmeteria non nisi de licentia Ordinarii, tom. 10. cons. 154. n. 3.
Si, dum minores ordines confert suis subditis regularibus, alios Regulares adhoc, ut ordinentur, à suis superioribus missos, sine consensu Ordinarii loci ordinaverit, quam pœnam incurrat, tom. 10. ibid. n. 4.
Sic ordinatis, si celebraverint, efficiuntur irregulares, ac indigent dispensatione, ibid. n. 5.
Abbas hos ordinando, in quas pœnas incidat, ib. n. 6.

ABBATIA, vid. *Unio*, *Abbas*, *Beneficium*.

Abbatiæ unitæ transeunt cum suo onere, tom. 1. cons. 223. n. 10. & seqq.
Quando sit nullius, tom. 7. cons. 73. à n. 1.
Et an Ecclesiæ, ac loca per summos Pontifices dismembrata remaneant in eodem statu & qualitate, ibidem à num. 11.

ABBATISSA, vid. *Electio Cella*.

Quot annos professionis habere debeat, tom. 1. cons. 34. n. 1.
Quid in Monasteriis noviter erectis, ibid.
In qua ætate eligi possit, tom. 6. cons. 10. à n. 1.
An sufficiat inchoasse annum quadragesimum, ibid. n. 4.
Ejusque tempus an currat de momento ad momentum, ib.
Et an dicta ætate possit Episcopus, vel Nuncius Apostolicus dispensare, ibid. n. 8.
Electio monialis in Abbatissam minoris ætatis, an sit eo ipso irrita, ibid. n. 9.
De pœnis monialium aliter eligentium, ibid. n. 12.
Et à quo tempore ætas sit computanda, an scilicet conceptionis, an nativitatis, an baptismi, ibid. n. 13.
Quomodo eligenda, tom. 8. cons. 49. à n. 1.
Duobus Monasteriis, an ulla præfici possit, ibid. n. 7.
Ejus ætas, ibid. n. 2. & 5.
Quid de Abbatissa Canonicarum regularium, ibid.
Ex quo monasterio sit aliquando eligenda, ibid. ac n. seqq.
Num monialis possit dici ex aliquo facto incurrisse irregularitatem ita, ut dispensatione indigeat, si forte in Abbatissam eligeretur, ibid. num. 6.
In electione Abbatissarum in monasteriis Regularibus subjectis, an una cùm Vicario generali interesse possit etiam notarius Episcopalis, tom. 8. consult. 120. n. 1. & seqq.
Et an electio facta absque interessentia Vicarii, & Notarii sit contra Constitutionem Gregori XV. ac propterea irrita, ib. n. 4.
Habebat olim Abbatissa suum inspectorem, tom. 10. cons. 100. num. 19.
Quis ille fuerit, ibid.
Canones de reformatione Abbatissarum, t. 10. cons. 102. à n. 41.

ABBREVIATORES.

In Capella Pontificia quem locum habeant, to. 1. cons. 104. n. 43.

ABJURANS, ABJURATIO.

An & quatenus Regulares abjurantes de levi in S. Officio inquisitionis, reddantur inhabiles ad gradus, & dignitates Religionis, tom. 8. cons. 62. à n. 1.
Abjuratio de violenti, an detur, ibid. n. 4.
Abjuratio de levi quibus imponatur, ib. n. 5.
Abjuratio minuitur tortura, ib. n. 6.
Non imponitur iis, qui traduntur curiæ sæculari, ibid. n. 7.
Abjurationis de vehementi effectus, ib. n. 8.
Abjurationi publicæ interessentibus indulgentia conceditur, ib. num. 9.
Super tabulato abjurationis, an Judex sæcularis sedere possit, ib. num. 10.
Publicè abjurans quo habitu indutus esse debeat, ibid. n. 11.
Ac tenere candelam accensam, ibid. n. 12.
Abjurans, tanquam hæreticus formalis, an admittatur ad officia publica, & honores, ibid. n. 13.
Abjurans de formali quatenus debeat gestare habitellum, ib. n. 14.
Quid de abjurante de formali, & postea habilitato, ibid. n. 15.
De abjurante de levi, ibid. n. 16.
De eo, qui pluries abjuravit, ibid. n. 17.
De eo, qui abjuravit de vehementi, ibid. n. 18.
In abjuratione intervenit juramentum, tom. 8. cons. 123. n. 2.
Abjuratio datur juxta qualitatem suspicionis, ib. n. 3.
De damnato ad perpetuas triremes, jusso abjurare, ibid.

ABLATIVUS.

Ablativi absoluti virtus, tom. 1. cons. 228. num. 4.

ABOLITIO.

De crimine, ac pœna abolitionis ab albo, tom. 4. cons. 118. à n. 5.

ABORTUS.

Procurans abortum in Ecclesia cur non privetur immunitate, tom. 2. cons. 38. n. 33.
Procurans abortum an teneatur de homicidio, ibid.
An sit mixti fori, tom. 5. cons. 2. n. 46.

ABSENS, ABSENTIA.

Prælatus ex jure communi quomodo abesse possit, tom. 10. cons. 11. num. 16.
An, & quatenus excusetur à pœna inflicta absenti, ac operatur, ut absens consequatur emolumenta, & dignitates, ibid. n. 6.
Absenti ab officio quatenus debeatur integrum salarium, tom. 10. cons. 129. à num. 1.
De subdelegante ob causam absentiæ, ibid. num. 3.
Jussum Principis, ac Superioris necessariam inducit absentiam, ibidem num. 4.
In absentia necessaria, & privilegiata quid inspiciendum, ib. n. 7.

ABSOLVENS, ABSOLVERE, ABSOLUTIO, ABSOLUTUS, vid. *Excommunicatio*, *Censura*, *Confessio*, *Dispensatio*, *Juramentum*, *Auditor Camera*, *Censura*.

Absolutio à censuris an, & quo pacto absentibus concedi possit, tom. 1. cons. 20. n. 3. & 6.
An id liceat, ibid. n. 6.
A peccatis non potest impertiri, nisi præsenti, ibid. & n. 7.
Concessa pro foro conscientiæ tantùm, an etiam valeat pro absente, ib. num. 5.
Stylus Romanæ Curiæ hac in re, ib. n. 6.
A censuris potest dari absenti, invito, ac sine causa, ib. & n. seqq.
An sit concedenda pro utroque foro excommunicatis ob violationem Immunitatis Ecclesiasticæ, quando Ecclesia non potest redintegrari, tom. 1. cons. 495. n. 1.
Quid de absolutione à votis Ordinum militarium, tom. 1. consult. 501. à num. 1.

Quis,

Quis, & quando dare poſſit abſolutionem excommunicatis, etiam defunctis, ob violatam Eccleſiaſticam immunitatem, tom. 2. conſ. 59. Ubi decreta quamplurima S. Congregationis.
Qua forma danda ſit abſolventibus excommunicatos interdictos, uſurarios, ibid. n. 1. & 2.
Abſolutio à cenſuris ob violatam Immunitatem Eccleſiaſticam & reſervata Pontifici Summo, ibid. n. 13. & 47.
Illam non poteſt dare auditor Cameræ, nec cætera Urbis Tribunalia, ibid. num. 14. & ſeq.
Facultas abſolvendi à cenſuris ob violatam Immunitatem non debet concedi Ordinario inferiori, ſed Epiſcopo viciniori, ibid. n. 17. & n. 31. & conſ. 60. n. 29. & 32.
Abſque facultate S. Congregationis non debet illam Epiſcopus committere cum reincidentia, ibid. n. 18.
Neque ratione infirmitatis, niſi ſit periculoſa, ibid.
Neque in honorem feſtivitatum, ibid.
Non datur, niſi expreſſis nominibus, ibid. n. 19.
Aliquando datur cum pœna ſolvendi eleemoſynam, ibid. n. 22.
Non eſt concedenda vigore Jubilæi, ibid. num. 23.
Cum facultate S. Congregationis datur aliquando cum reincidentia in honorem feſtivitatum, ibid. n. 14.
Datur interdum per ſubſtitutum, ibid. n. 25.
Aliquando datur cum cautione ſolvendi damna, ibid. num. 26.
Eſt perſonaliter petenda, ibid. num. 27.
Elapſo termino abſolutionis cum reincidentia, Ordinarius debet affigere cedulones contra jam abſolutos, ibid. num. 28.
Abſolutionem ab excommunicatione reſervata non poteſt concedere Locumtenens Auditoris Cameræ, ibid. num. 32. *Vid. Auditor Camera.*
Non debet concedi ab Epiſcopo facinoroſis cum facultate ſummi Pœnitentiarii, ibid. n. 33.
Neque Exactoribus onerum ab Eccleſiaſticis, niſi præcedente reſtitutione, ibid. num. 34.
Multis concurrentibus in unum crimen, quando danda, ib. n. 35.
Diverſis delinquentibus datur ſecundùm qualitatem delictorum ibid. num. 36.
Petentes abſolvi ab excommunicatione, ſunt abſolvendi in forma Eccleſiæ conſueta, ibid. n. 37.
Non prodeſt abſolutio ab excommunicatione, niſi ſequuta reſtitutione, & redintegratione Eccleſiæ, ibid num. 38.
Quando danda excommunicato mortuo, ib. n. 39. & ſeqq. ac n. 44.
Quomodo procedendum contra excommunicatos notorios, qui non curant abſolvi ibid. num. 42.
Quis abſolvere poſſit excommunicatum ob violatam immunitatem auctoritate privata, ibid. n. 43.
Ab excommunicatione dari debet abſolutio, ſatisfacta parte, vel quando delinquens fuit ſufficienter punitus, etiam à Judice ſæculari, ibid. n. 45.
Abſolutio à cenſuris pro delicto non valdè gravi, privatim dari debet, ibid. n. 46.
A cenſuris debet concedi omninò gratis, & quomodo, ib. n. 48.
Sacramentalis ſub conditione de futuro eſt nulla, à cenſuris tamen eſt valida, & licita, ibid. num. 49.
Quomodo danda invitis, ibid.
Quando abſolutio à cenſuris ad cautelam dari ſoleat, ibid. n. 50.
Ab interdicto locali generali non datur ad cautelam, ibid.
Quibus in caſibus detur cum reincidentia, ibid. num. 51. & ſeqq.
Poteſt Judex Eccleſiaſticus abſolutionem in foro conſcientiæ datam, pro foro exteriori ratam habere, & quando, ibid. n. 63.
Abſolutus in foro conſcientiæ à cenſuris, poteſt ab Ordinario puniri, ibid.
Abſolutio ad reincidentiam quid ſit, tom. 2. conſult. 60. num. 1.
Ad reincidentiam quis dare poſſit abſolutionem, ibid. num. 2.
Quis ad certum actum, & tempus, ibid. num. 3. & 4.
Ad certum tempus, & actum data, quibus non ſuffragetur, ib. n. 5.
Clauſula abſolutionis ordinaria, quæ in Brevibus Apoſtolicis apponitur, non importat abſolutionem ab hæreſi, ibid.
Abſolvens Sacramentaliter, cum Sacerdos non ſit, quas pœnas incurrat, tom. 4. conſult. 1. num. 14.
Quænam abſolutio à delicto requiratur, ut quis lucrari poſſit fructus, & diſtributiones ſui beneficii, tom. 4. conſ. 157. n. 3.
Abſolutio de eo tanquam non reperto culpabili, cuinam æquipolleat, ibid.
An tranſeat in judicatum, ibid.
Et quid ſi ſequatur poſt concordatos poſtulares. ib. n. 4.
Alia ſtrictim, tom. 2. conſ. 70. à num. 1.
De facultate Epiſcoporum in criminum occultorum abſolutione tom. 6. conſ. 99. à n. 1. & ſeqq. Ubi ad hanc rem ferè omnia diſcutiuntur.
Abſolutio à cenſuris ob recurſum ad Judices laicos an, & quatenus concedenda, tom. 9. conſ. 3. à n. 1.
Quid ſi ageretur de laicis Regnicolis, ib. n. 5.
De abſolutione à cenſuris ſimpliciter, & ad cautelam, tom. 9. conſ. 16. num. 14.
Abſolutio ab excommunicatione remitti debet ad excommunicantem, ibid.
De abſolutione virtute Jubilæi in materia violatæ immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ, tom. 9. conſ. 23. num. 28.
An abſolutio rei à crimine imputato, à carceribus cum libertate dimiſſi, fieri debeat, poſtquam ipſe reſtitutus fuerit Eccleſiæ à qua injuſtè fuit extractus, tom. 9. conſ. 50. à nu. 1. ac 9.
Abſolutio data à Sacerdote vigore facultatis generalis à Summo Pontifice, vel ſpecialiter à Parocho conceſſæ, ſi ab Epiſcopo is Sacerdos approbatus non fuerit, an ſit valida, tom. 10. conſult. 30. num. 40.
Abſolutio à cenſuris cum reincidentia quibus danda, tom. 10. conſult. 109. num. 6.

ABSTINENTIA, vid. *Inedia, Jejunium.*

Abſtinentia ab omni cibo, ac potu ſpatio plurium dierum, menſium, & annorum an verè dici poſſit ſupernaturalis, & miraculoſa tom. 4. conſult. 43. à num. 1.
Et quid de abſtinentia à ſolo potu, ibid.
Ejus cauſa naturalis, ibid. n. 2. ac pluribus ſeqq. & n. 48. & ſeqq.
Exempla diuturnæ abſtinentiæ à cibo & potu ſine miraculo ibid. à num. 6.
Exempla ultra ſeptem dies, ibid. num. 7.
Ultra undecim dies, ibid.
Quadraginta dierum, ibid.
Quinquemeſtris, ibid.
Seſquianni, ibid.
Octimeſtris, ibid.
Plurium menſium, ibid.
Septidecimi menſis, ibid.
Biennalis, ibid. triennalis, ibid. quadriennalis, ibid.
Septennis ibid. annorum duodecim, ibid. num. 11.
Decem & octo annorum, ibid. num. 12.
Viginti annorum, ibid. num. 13.
Vigintinovem annorum, & amplius, ibid. num. 14.
Triginta annorum, ibid. num. 16.
Quadraginta annorum, & amplius, ibid. num. 8. & 9.
Annorum ducentorum, ibid.
Nunquam manducantis, neque dormientis, ibid. num.
Nullum, præter aerem, cibum ſumentis, ibid. num. 1.
Prima cauſa naturalis eſt aer, ibid. num. 19.
Secunda odores & exhalationes, ibid. num. 20.
Tertia aquæ potus, ibid. num. 21.
Quarta ſumma imbecillitas caloris naturalis, ibid. n. 22.
Quinta terra clandeſtinè comeſa, ibid. num. 23.
Sexta potio vini, ibid. num. 24.
Septima pituita, & crudiores ſucci, ibid. num. 25.
Octava copia humoris melancholici, ibid. num. 26.
Nona colliquamenta partium internarum, ibid. n. 27. & 93.
Decima menſtrui ſanguinis potio, ib. num. 28. & 94.
Undecima figmentum, ib. num. 29. & 95.
Duodecima & decimatertia vel fraus, vel miraculum, ibid. n. 30. & 96.
Decimaquarta cibus cœlitus emiſſus, ib. num. 31. & 97.
Decimaquinta dæmon, ibid. num. 32. & 98.
Decimaſexta vita dæmoniaca, ibid. num. 33. & 99.
Decimaſeptima virtus aſtrorum, ibid. & num. 99.
Decimaoctava ſympathia corporis cum aere, & antipathia cum cibis, ibid. num. 35. & 100.
Decimanona qualitas individualis, ibid. num. 36. & 111.
Vigeſima extaſis, ibid. num. 37. & 112.
Vigeſima prima cataphora, & interior ſomnus, ib. n. 38. & 113.
Vigeſima ſecunda conſtrictio cutis, & occluſio pororum, ib. num 39. & 114.
Vigeſima tertia compreſſio viſcerum, ibid. n. 40. & 113.
Vigeſima quarta tabes jecoris, ac ſtupor ventriculi, ib. n. 41. & 116.
Vigeſima quinta petrificatio partium imi ventris, ib. n. 42. & 117.
Vigeſima ſexta virtus alicujus herbæ, aut medicamenti, ib. num. 43. & 118.
Vigeſima ſeptima pura conſuetudo, ibid. num. 44. & 119.
Vigeſima octava vehemens contemplatio, ibid. num. 45. & 120.
Ultima æqualitas, ac proportio caloris nutritivi, & humidi radicalis, ibid. à num. 46.
Alia, ibid. num. 52. & à num. 121.
Non ſemper pendet à miraculo, ibid. num. 53.
Conſtita facti veritate, eſt ſupernaturalis, ibid. num. 62. & ſeqq.
Exempla miraculoſæ abſtinentiæ, ibid. num. 65.
An credi debeat naturalis, id aſſerentibus ipſis Dei ſervis, ib. num. 70. & 71.
Si inducat dolorem ſtomachi, an dici poſſit miraculoſa, ib. num. 76. & ſeqq.
Inter abſtinentiam ſervorum Dei, & profanorum differentia, ibid. num. 82. 91. & ſeqq.
Ultra ſeptem dies, vel undecim eſt ſupernaturalis, ib. n. 145.
Exempla eorum, qui à ſolo potu, & qui à cibo, & potu diutiſſimè abſtinuerint, ibid. num. 148. & ſeqq.
Plurium dierum, menſium, annorum quomodo probetur, tom. 7. conſult. 91. à num. 44.
Abſtinentia Moyſis, ibid. num. 53.
Eliæ, ibid. num. 54.
Chriſti, num. 55.
Aliorum, ibid. à num. 56.
Ejus vires, ibid num. 75. ac ſeqq.
Virtus, ibid.
In hanc rem animadverſio, ib. à n. 85.

ABUSUS, vid. Collectio.

Propter abuſum quiſque privari poteſt ſua poteſtate, tom. 4. conſ. 173. à n. 8.
Quid de patrono fidejuſſiario, ib. n. 7.
De herili poteſtate, ib.
De ſævitia patris in filium, ib.
Præceptoris, ib. Socii, ib.
Quidve de Imperatore indignum ſeſe Imperio gerente, ib.
De Principe, & quolibet alio Magiſtratu, ib. n. 9. & 10.
De quolibet alio, ib. n. 11.

De Judice, ibid. n. 12.
De patre quoad bona adventitia liberorum, ibid.
De vaſallo, ibid.
De marito, ibid.
De fructuario, ibid. n. 15.
De prodigo, ibid.
De emphyteuta, ibid.
De protectore, ibid. n. 16.
Quid ſit abuſus, tom. 4. conſ. 179. n. 5.
Extirpandi, tom. 10. conſ. 8. , 21.

ACADEMIA, ACADEMICI.

Ejus Rectores injuriis afficiens qua pœna puniantur, tom. 1. conſ. 54. n. 44.
Eorum partes in examine Doctorum, tom. 1. conſ. 224. n. 6.

ACCEPTATIO, vid. *Præcedentia*.

An habitum regularem quatenus inducat præcedentiam, to. 1. conſ. 149. n. 24.

ACCESSORIUM.

Ut acceſſorium ſequatur naturam principalis, quid requiratur, tom. 9. conſ. 187. n. 19. & ſeqq.
Cui prohibetur principale, prohibetur etiam acceſſorium ib. n. 18.

ACCRETIO.

De materia juris accreſcendi, tom. 4. conſ. 220. n. 8.

ACCUSATIO, ACCUSATOR. vid. *Electio*. *Denunciator*.

Accuſatione pendente, an, & quatenus irritanda ſit electio, præſertim Regularium ad officia, & dignitates ſuæ Religionis, tom. 10. conſ. 18. à num. 1.
An corruat inquiſitio, ſi accuſator ad pœnam talionis, vel ad aliam Judicis arbitrio ſe non ſubſcripſerit, t. 10. conſ. 44. n. 29.

ACCUSATUS, vid. *Officium*.

An idem, ac maculatus, tom. 6. con. 93. n. 1. & ſeqq.

ACTA, vid. *Proceſſus*, *Immunitas*.

Acta nondum publicata an probent in alio judicio, etiam inter alias perſonas, tom. 1. conſ. 128. n. 6.
Unius judicis in alio non probant, ibid. num. 9.
An, & quo pacto à judice, ad quem peti poſſint à Judice, à quo, tom. 1. conſ. 261. n. 1.
Acta in judicio ſæculari non probant in Eccleſiaſtico, tom. 2. conſ. 52. n. 22.
An regulari danda ſit petita copia actorum in cauſa criminali cum expreſſione nominum teſtium, tom. 8. conſ. 41. n. 1. ac ſeqq.
Quid in crimine hæreſis, ibid. n. 1.
Quatenus pars audiri non poſſit, niſi prius per ipſam tranſportentur acta, ſpeciatim illa coram delegato agitata, tom. 10. conſ. 42. n. 2.
A quibus facienda ſit tranſportatio actorum, ib. n. 3.
Actorum tranſportatio quando magis neceſſaria, ib. n. 4.
Acta quomodo ſint tranſmittenda ad Judicem appellationis, tom. 10. conſ. 88. n. 4.
De quibus actis loquatur Concilium Tridentinum, ibid. n. 5.
Acta primæ inſtantiæ intra quot dies dari debeant gratis Reo appellanti, tom. 10. conſ. 161. à num. 1. & ſeqq.
Quid ſi procedatur ex Judicis officio, vel ad querelam Partis in cauſa criminali, ibid. n. 4.
De Actorum mercede, ibid.
Ubi de Notario, & Cancellario, ibid.
Quid de contumacia Judicis recuſantis exhibere acta, ibid. n. 5.
Decretum Tridentinum de exhibendo acta poſtulanti, de quo Judice, & commiſſario intelligatur, ibid. n. 6.
Epiſcopus an poſſit participare de mercede actorum, ibid. n. 7.

ACTIONES.

Actiones humanæ quomodo judicandæ, tom. 1. conſ. 143. n. 13.
Actio civilis an oriri poſſit ex pacto, conſenſu, ſive pollicitatione nuda, tom. 2. conſ. 29.
Ex quo oriatur, ibid. n. 3.
An omnis actio pecuniaria ſit civilis, to. 2. conſ. 42. n. 8.
Actio perſonalis generica, & ſpecifica oriatur, to. 2. conſ. 54. n. 9.
Nemo ad agendum admittitur, niſi ſua interſit, to. 7. conſ. 3. n. 1.
Sed neque etiam ad excipiendum, ibid.
Quando aliquid requiritur ad validitatem actus, quando adhiberi debeat, tom. 7. conſ. 42. n. 7.
Actus facultativi quod jus pariant, to. 7. conſ. 49. n. 5.
Actus extrajudicialis quis ſit, & quando ita dicatur, tom. 5. conſ. 4. n. 5.
Actus facultativus non inducit obligationem, nec quaſi poſſeſſionem, tom. 5. conſ. 68. n. 2.

ACTOR, vid. *Vacatio*.

Sequitur forum rei, tom. 1. conſ. 150. num. 28.
Quando id procedat, ibid.
Actor debet probare id, quod eſt fundamentum ſuæ intentionis, etiam quando ſe fundat in negativa, tom. 10. conſ. 17. n. 5.

ACTUS. vid. *Facultativa*.

Actus geſtus, non ſervata ejus forma, eſt ipſo jure nullus, tom. 1. conſ. 1. n. 35. & conſ. 18. n. 7.
Ut ſit permiſſus, quid requiratur, tom. 1. conſ. 18. n. 8.
Deficiente qualitate pro ejus explicatione neceſſaria, deficit etiam obligatio illum exercendi, to. 1. conſ. 19. n. 3.
Ejus irritatio quando habeat locum, tom. 1. conſ. 55. n. 24.
Ex ignorantia procedens non poteſt inducere conſuetudinem, tom. 1. conſ. 86. n. 23.
Quatenus referri nequeat ad meram facultatem, tom. 1. conſ. 90. n. 18.
Multiplicatus gratiam excludit, ibid.
In diſcontinuis requiritur immemorabilis, tom. 1. conſ. 105, num. 12.
Contra legem prohibitivam remanet irritus, etiamſi lex ultra non procedat, eum irritando, tom. 1. conſ. 109. n. 1.
Qui ſonare poteſt in delictum ſemper interpretationem accipit, ut abſit delictum, ibid. n. 16.
Attribuitur mandanti, non exequenti, tom. 1. conſ. 112. n. 21.
Ab ejus contemporaneitate, ac vicinitate rectè argumentum ducitur, tom. 1. conſ. 138. n. 6.
Geſtus ſine Capitulo non poteſt præjudicare, tom. 1. conſ. 149, num. 27.
Legitimus conditionem non admittit, ibid. num. 31.
Quando dicatur judicialis, tom. 1. conſ. 150. n. 16.
In quo fundetur, to. 1. conſ. 156. n. 3.
Unius quando conſumat diſpoſitionem, to. 1. conſ. 158. n. 2.
Poſſeſſorius ex quibus probetur, tom. 1. conſ. 162. n. 23.
Contra exemptos, ut ſuſtineatur, quid requiratur, ib.
Actus charitatis, tom. 2. conſ. 9. n. 28.
Quando differant eſſentialiter materialiter, ibid.
Actus facultativi uſu inducunt conſuetudinem coactivam, to. 2. conſ. 41. n. 10.
Quando præſumantur facultativi, ibid.
Ex actibus facultativis non inducitur conſuetudo reſtrictiva liberæ facultatis, tom. 3. conſ. 45. n. 4.
Neque poſſeſſio manutenibilis, ibid.
Dato initio coactivo, actus deinde geſti non ſunt ſimpliciter facultativi, ibid. n. 31.
In dubio cenſentur facti potius ex cauſa neceſſaria, quàm voluntaria, ibid.
Facultativi quando ceſſent eſſe tales, ibid.
Conſuetum facit actum de voluntario neceſſarium, ib.
Actus facultativi quatenus præſcribantur, to. 3. conſ. 47. n. 62.
Ex quibus excludatur, quòd fuerint facti vigore facultatis, ib.
Actus facultativi an inducant conſuetudinem, aut præſcriptionem, aut poſſeſſionem, & ubi, & quando, tom. 4. conſ. 28. n. 12. & ſeqq.
Actus repugnantes rationi neque jus, neque poſſeſſionem tribuunt, tom. 4. conſ. 35. n. 27.
Actus prohibitus an, & quatenus ſit irritus ipſo jure, & facto, tom. 4. conſ. 222. num. 2. & ſeqq.
An omnis actus prohibitus ſit illicitus, tom. 9. conſ. 72. n. 11.
Quando non poſſit reiterari, tom. 9. conſ. 148. n. 18.
Pro validitate actus ſemper præſumitur, tom. 9. conſ. 181. n. 3.
Actus cùm poſſit, accipi debet, tanquam factus eo modo, quo licitè fieri poteſt, tom. 10. conſ. 44. n. 10.
Ultimi actus, tanquam turbativi, & dantes cauſam liti, non ſunt attendendi, tom. 10. conſ. 33. n. 13.
Facti contra privilegia Pontificis, quatenus non debeant conſiderari, ibid. n. 13.
Actus, qui dedit cauſam liti, non eſt habendus in conſideratione, tom. 10. conſ. 69. n. 1.
Nec ad effectum quidem manutentionis, ib.
Quando actus diverſimodè conſiderari poteſt, cenſetur factus, prout faciens eſt magis utilis, tom. 10. conſ. 72.
Actus, & diſpoſitio ita accipienda eſt, ut cenſeatur proviſum cauſæ magis neceſſariæ, ib. n. 2.
Quatenus actus ante editam legem inchoati, licet ſubjaceant illius diſpoſitioni, ſi poſtea deducantur ad uſum, admitti debeant, tom. 10. conſ. 91. n. 29.
Excommunicatio an ſit actus irretractabilis, to. 10. conſ. 122. num. 1.
Quinam ſit actus irretractabilis, ib. & n. 6.
Nullus actus irretractabilis, præter excommunicationem, aſſignari poteſt, niſi præcedente carceratione, ib. n. 7. & ſeqq.
Actus merè voluntarii, & facultativi nullam obligationem inducunt, tom. 10. conſ. 138. n. 22.

ADDITAMENTUM.

An & quando habere debeat naturam principalis, to. 4. conſ. 162. n. 11. & 35.

ADHOC.

Pro quibus bonis ſolvatur, tom. 5. conſ. 1. n. 13. & ſeqq.
Succeſſit loco ſervitii feudalis, ib. n. 14

ADJUNCTI, vid. *Tertius*, *Juramentum*.

An teneantur jurare, & quando, quomodo, ac ubi, tom. 1. conſ. 384. n. 1.
Cur, & quomodo eligendi, tom. 4. conſ. 162. n. 1. & 2.
Modus procedendi cum ipſis, ib. n. 3.
Unde eligendi, ib.
Eorum juriſdictio an favorabilis, ib. n. 7.
Repræſentant Capitulum, ibid. n. 13.
Adjuncti, ſive Conjudices capitulares an teneantur jurare, to. 7. conſ. 7. à n. 1.
Quando, & ubi, & in cujus manibus, ib.
Eorum electio pertinet ad Capitulum, ib. n. 3.
In judicando repræſentant Capitulum, ib.
Eorum deputatio à quo jure profluat, ib.
Et ad quem pertineat, ib. n. 5. ac ſeqq.
Adiunctorum juriſdictio an ſimultanea, ib. num. 7.
Ubi teneantur præſtare juramentum, ib. & n. ſeqq.
A quo accipiant juriſdictionem, tom. 5. conſ. 72. n. 6.
De adjunctis duarum diœceſum unitarum, ib.

Quo-

Quomodo eligendi, tom. 9. conſ. 129. num. 12. & 13.
Et quomodo cum Epiſcopo contra Capitulares procedere debeat, ibid. num. 23.
Quid ſi univerſum Capitulum deliquerit, ibid. num. 14.
Sunt Conjudices cum Epiſcopo, ibid. num. 15.
Quid ſi Epiſcopus, & Adjuncti inter ſe diſſentiant, ib. n. 16.
Quidve ſi Capitularis extra corpus Eccleſiæ deliquerit, ibid. num. 17.
Epiſcopus an procedere poſſit contra Adjunctos, quod ordines eorum præbendis annexos non ſuſceperint, vel quod non reſederint, ibid. num. 18.
An de adjunctorum conſilio, & aſſenſu in judiciis, in quibus ipſi una cùm Epiſcopo procedere debent, fiſcalis eſſet eligendus, ibid. num. 19.
Quid quoad Notarium, ibid. num. 21.
Qui locus pro tribunali eligendus, ibid. num. 22.
De tertio eligendo, quinam ille eſſe debeat, ibid. n. 23.
Quando Epiſcopus ſolus ſine adjunctis procedere poſſit, ibid. num. 25. & 42.
An Epiſcopus poſſit ſine adjunctis procedere contra Coadjutores Canonicorum, ibid. num. 39. & 43.
Epiſcopus poteſt in viſitatione perſonarum ſui Capituli aſſumere adjunctos in actu viſitationis, quos voluerit, etiam extra gremium Capituli, ibid. num. 45.
Quod ad actus irretractabiles concedi ſolet adjunctus, tom. 9. cons. 161. nu. 3. & quare, ibid. num. 6.
Quid in viſitatione, ibid. num. 10.

ADMINICULA, vid. *Tabulæ.*

ADMINISTRATIO, vid. *Officium, & Montes Pietatis.*
Adminiſtrationis exacta redditio fit extra locum viſitatum, tom. 1. conſ. 114. num. 26.
Redditio rationis adminiſtrationis danda, etiam à locis, quæ ſunt ſub immediata Regum protectione, ibid. num. 45.

ADMINISTRATORES, vid. *Epiſcopus, Hoſpitale.*
Qui bona Eccleſiaſtica adminiſtrant, etiam Capitula, tenentur de eis rationem reddere ſuo Epiſcopo, tom. 6. cons. 50. n. 5.
Sive ſint principales adminiſtratores, ſive ſubordinati, ac deputati ab alio, ibid.
Cui principales, cui ſubordinati rationem reddere debeant, ibid.
Adminiſtratores tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares fabricæ cujuſvis Eccleſiæ, & quorumcumque piorum locorum deputati ab Univerſitate, an teneantur reddere rationem adminiſtrationis ſoli Ordinario, tom. 7. cons. 15. à num. 1.
Ordinarius poteſt ordinare, quod adminiſtratores ſingulis annis rationem reddere teneantur, ibid num. 26.
Adminiſtratores locorum piorum privatorum ad redditionem rationis per Ordinarium cogi poſſunt, ibid.
Quod intelligitur generaliter, etiam in caſibus à jure communi non conceſſis, ibid. num. 30.
Adminiſtratores piorum locorum, etiam exemptorum, nullam rationem reddentes, Epiſcopo poſthac eam reddere tenentur, ibid. num. 31. & 37.
Quid ſi aliis eam reddere conſueverint, ibid. & num. 37.
An adminiſtratores operum piorum, à fundatore deputati, poſſint ab Epiſcopis, vel eorum Viſitatoribus contra ordinata à fundatoribus removeri, ac mutari, tom. 8. cons. 17. n. 9.
An dicti adminiſtratores in fundatione deputati poſſint abſentes compelli ad exhibendum libros adminiſtrationis ubi reſident Epiſcopi, ibid. num. 10. ac ſeqq.
Adminiſtratores, ac Syndici Monaſterii Monialum, Regularibus ſubjecti, quatenus poſſint ab Epiſcopis compelli ad exhibendum libros receptorum, & expenſorum dicti Monaſterii pro redditione rationis, etiam ſine præſentia miniſtri provincialis, cui ſubeſt dictum Monaſterium, to. 8. cons. 19. n. 1.
An competat Epiſcopis facultas circa exigendas rationes ab adminiſtratoribus, quatenus debitores comperti fuerint, ad reliquatum ſolvendum, juris remediis cogendi, ibid.
Necnon etiam ad effectum in ipſos adminiſtratores, quatenus fraudulenter adminiſtraverint, criminali judicio animadvertendi, ibid. num. 2.

ADVENA, vid. *Viatores.*
Advenæ viatoris cadaver ubi ſepeliendum, tom. 1. conſ. 145. per totam.
Quatenus & in quibus advenæ teneantur legibus loci, in quo ſunt, tom. 5. conſ. 98. n. 3.

ADULTER, ADULTERIUM, vid. *Conjux, Uxor.*
Adulterium an poſſit tolerari à Pontifice, tom. 1. conſ. 151. n. 15.
Cognitio adulterii an ſit mixti fori, tom. 5. conſ. 2. n. 41.
Ejus crimen comparatur majeſtatis delicto, tom. 7. conſ. 18. n. 1.
Eſt inter graviſſima peccata, ibid.
Pro pœna imponenda in hoc crimine quid conſiderandum, ibid. num. 2.
Adulterium ſimplex, ibid.
Cum alio mixtum, ibid.
Pœna adulterii ſimplicis, ibid. num. 3. & ſeqq.
In foro conſcientiæ num liceat occidere adulterum, ibid. n. 6.
Et adulteram, ibid.
Quid de jure civili, ibid. n. 7.
Pœna in mulieres, ibid. n. 8. & 9.
In Monaſterium incluſio interdum ſine verberibus, ibid. n. 10.
Huius pœnæ inventio ad quem referatur, ibid.
An tolerandum, ibid n. 11.
Quibus remediis occurrendum, ibid. n. 12. & ſeqq.
Adultera portento jucundè punita, ibid. n. 13.
An & quatenus cum adultero diſpenſari poſſit, ut ad ſacros Ordines valeat promoveri, tom. 8. conſ. 133. n. 2.
Jus accuſandi propter adulterium quoad pœnam criminalem, ac civilem quanto tempore præſcribatur, tom. 9. conſ. 139. n. 125.
Quid ad effectum petendi divortium, ibid.
Et in adulterio citra concubinatum, ibid.
Quænam potiſſimum forma inquiſitionis in crimine adulterii requiratur, tom. 9. conſ. 153. à n. 1. & ſeq.
De illius pœna contra legitimè inquiſitum, ibid. n. 14. & ſeq.
Conſtitutio Sixti V. hac de re quomodo intelligatur, ibid. n. 16.
An adulter teneatur alere natum ex adulterio, & damna reſarcire, ibid. n. 17. & ſeqq.
Quomodo præſumatur filius Mariti adulteræ, ibid. n. 23. & ſeq.
Quid ſi filius referat effigiem adulteri, ibid. n. 19.
Et an, & quatenus filius teneatur ſe gerere, tamquam irregularem, ſi mater ei dicat, etiam cum juramento, quod natus ſit ex adulterio, ibid. n. 24. & ſeq.
Quid in foro conſcientiæ, ibid. n. 20. & ſeqq.
Ad quorum inſtantiam crimen adulterii in iudicium deduci poſſit, ibid. n. 1. & 2.
Quando poſſit ad inſtantiam fiſci procedi, ibid. n. 6.
Quid ſi adulterium eſſet notorium, ibid. n. 7. & ſeqq.
Et quando dicatur notorium, ibid. num. 8. & ſeqq.
Filius in ordine ad quodcunque aliud, ſive ſit ſucceſſio ad hæreditatem, ſive quodcunque aliud, non tenetur credere matri aſſerenti, quod ipſum generavit ex adulterio, ib. 28.
Adulterium quomodo probetur, tom. 10. conſ. 3. n. 1.
Prætertim ad effectum ſeparationis thori, ibid.
An ſola confeſſio judicialis viri ſufficiat, ibid.
Ex adulterio adulter omne jus conjugale remittit, ibid. n. 2.
Adulterium ſufficit pro ſeparatione thori, ibid. n. 3.
De ſententia ſuper ſeparatione thori, cumque innitatur conſenſu mariti, eſt omnino executioni demandanda, ib. n. 4. & 5.
Quot modis committi poſſit, ibid. n. 11.
Adulterium probatur etiam ex ſententia, ibid. n. 12.
Quid ſi in ſententia non comprobetur adulterium, ſed tantùm declaretur eſſe locum ſeparationi, ac licere uxori ſeorſum vivere à ſuo viro, ibid. n. 13.
Adulterium eſt difficilis probationis, ibid. n. 14.

ADVOCATI CONSISTORIALES.
Advocati Conſiſtoriales charactere clericali inſigniti, an gaudere debeant privilegio fori, & immunitatis ab oneribus laicis, quamvis alicuius Eccleſiæ particularis ſervitio non ſint adſcripti, tom. 1. integra conſ. 176.
Eorum privilegia, ibid. n. 1.
Advocatorum conſilium, tom. 1. conſ. 220. n. 3.
Advocatus inſerviens pluribus, ſi contingat, ut illi litigent, cui patrocinari debeat, tom. 3. conſ. 6. n. 39.
An & quatenus Clericus contra Eccleſiam ſuam advocare prohibeatur, tom. 4. conſ. 191.

ADVOCATUS.
In quo loco poſſit convenire forenſem pro ſuo ſalario, tom. 6. conſ. 94. n. 34.
Unde ſic dicatur, tom. 5. conſ. 5. n. 52.
Quomodo teneatur defendere, ibid.

ÆDES.
Per ædis vocabulum Chriſtiani primitivæ Eccleſiæ, quid intellexerint, tom. 6. conſ. 98. n. 3.
A quo, & quomodo ſuccurri debeat Eccleſiæ, vel ædibus parochialibus, ſi refectione indigeant, tom. 8. conſ. 60. n. 1. & ſeq.
Quatenus quiſque in ſuo ſolo poſſit ædes altius ponere, ac tollere, tom. 8. conſ. à n. 1.
Et cur nunciatio novi operis inducta, ibid. ac ſeqq.

ÆDIFICIUM, vid. *Conventus, Attentata, Eccleſia, Feneſtra.*
In proprio ſolo cuilibet competit jus liberè ædificandi, & ædificium tollendi uſque ad Cœlum, tom. 10. conſ. 12. numer. 55. & num. 58.
Quid ſi id officeretur lumini vicini, ibid. n. 56. & 63.
Ac fieret ad æmulationem, ibid.
Et intercedat conſuetudo loci propter anguſtiam ſitus, ibid. num. 57.
Ædificium novæ Eccleſiæ quatenus impediri ſequeat, ib. n. 58.
Cui incumbat onus probandi, quod novum ædificium afferat ſervitutem, ibid. n. 59.
Quod ædificium fiat ad æmulationem, an præſumendum, ib. num. 60.
Quando quis ſuſpicari poſſit, quod ædificium ſit ad æmulationem, ibid n. 61. & ſeqq.
Quid ſi ex ædificio proveniat maximum præjudicium, ibid. num. 63.
Et impediatur aeris benignitas, ibid. n. 64.
Et ingreſſus ſalubrium ventorum, ibid.
An ex lapſu temporis, etiam longiſſimi, quo in ſitu, ubi conſtruitur nova Eccleſia, non fuerit ædificatum, prætendi poſſit acquiſitam eſſe ſervitutem non tollendi, ibid. n. 65.

ÆGROTUS.
An teneatur in mortis articulo ſequi ſtrictiorem opinionem circa valorem Sacramenti pœnitentiæ, tom. 1. conſ. 182. n. 4.

ÆGRITUDO, vid. *Miraculum, Dæmon.*

ÆMULATIO, vid. *Ædificium.*
Que, ſapit dolum eſt probanda, tom. 2. conſ. 34. n. 12.
Eſt perniciosa, tom. 6. conſ. 54. n. 6.

Turbat hierarchiam, ibid.
Quando dicatur intercedere, tom. 8. conſ. 66. n. 3.
ÆQUALITAS, vid. *Onera*.
Eſt nutrix, & conſervatrix concordiæ, tom. 9. conſ. 41. n. 61.
Ubi ratio æqualitatis ſuadet, nulla dari poteſt differentia reſpectu numeri, vel totius, ibid.
ÆQUIPARATA, ÆQUIPARATIO.
Æquiparata quomodo declarentur, tom. 1. conſ. 105. n. 40.
Æquiparatio quid operetur, tom. 4. conſ. 104. n. 7.
ÆQUIPOLLENS.
Nihil refert quod aliquid fiat ex æquipollentibus, tom. 7. conſ. 2. num. 15.
AER, vid. *Ædificium*.
Omnibus animalibus neceſſarius, tom. 4. conſ. 43. n. 84.
An nutriat, ibid. & num. 85. ac ſeq.
Quid de chamaleonte, ibid. num. 85.
De Cane levi, & manacodiata, ibid.
Ejus commoda, ibid. num. 86.
Quomodo ſpiritus aere nutriantur, ibid.
Quomodo ſcylla, aloe, ac cæpa, ibid.
Ambiens poteſt colorari, tom. 4. conſ. 58. num. 11.
Aeris inſpirati utilitates, tom. 4. conſ. 154. num. 8.
ÆTAS.
Ætas requiſita ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Cathedrali, tom. 1. conſ. 499. num. 1.
In Eccleſia Collegiata, tom. 1. conſ. 433. num. 1.
Quæ ætas dicatur provecta, & ſine periculo, ac ſuſpicione incontinentiæ, tom. 3. conſ. 41. num. 36. & ſeqq.
Ætas ad Ordines, tom. 4. conſ. 140. num. 2.
Ad beneficium Curatum, ibid. num. 3. Pœnæ. ibid.
Minor ætas minuit pœnam ordinariam, tom. 9. conſ. 14. n. 2. & conſ. 24. num. 8.
In omnibus pœnalibus judiciis ratio ætatis habenda, tom. 9. conſ. 24. num. 8.
Diſtinguenda perſona infantis ab adulto, ibid. num. 9.
Infantes quatenus omnino excuſentur à dolo, ibid.
Malitia ſupplet ætatem, ibid.
Malitia punienda, non ætas innocens, ibid.
Quid de ſenili ætate, ibid.
Quænam ætas requiratur ad dignitates, vel perſonatus, quibus animarum cura nulla ſubeſt, tom. 9. conſ. 114. n. 44.
Etiamſi ſint primæ dignitates, ibid.
Quid in jure patronatus, ibid.
Ætas puellæ ad habitum monachalem ſuſcipiendum, tom. 10. conſ. 12. n. 17.
Ad profitendum, ibid.
AFFICTUARIUS r vid. *Conductor*.
Affictuarij bonorum Eccleſiaſticorum exemptio, tom. 1. conſ. 49. num. 3.
Num ligetur edicto laico, ibid.
Non tenetur ex fructibus perceptis à bonis Eccleſiaſticis ad vectigalia, tom. 1. conſ. 482. num. 1.
An affictuarius bonorum Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum teneatur ad vectigal, ſive pedagium, & guidagium pro fructibus, quos à dictis bonis colligit, ac vendit, tom. 9. conſ. 25. à n. 8.
AFFIDA, & DIFFIDA. vid. *Animalia*.
Clerici non tenentur ad onus affidæ, tom. 3. conſ. 26. n. 15.
Neque eorum animalia, ibid. n. 16.
Quid ſervandum circa affidam in Provincia Marchiæ, ibid. n. 18.
Retinens ad ſocietatem animalia Clericorum eſt immunis ab affida, ibid. n. 17.
AFFINITAS.
Affinitas ſpiritualis major carnali, tom. 1. conſ. 117. num. 3.
Per provenientem ex illicita copula diſſolvuntur ſponſalia de futuro, tom. 1. conſ. 379. num. 2.
An in diſpenſatione gradus affinitatis comprehendatur etiam diſpenſatio publicæ honeſtatis, tom. 4. conſ. 14. à num. 1.
Ejus mentio abſolutè de qua affinitate intelligatur, ibid. n. 2.
AGAPÆ.
Quid, tom. 3. conſ. 17. num. 1.
Cur inſtitutæ, ibid.
Earum antiquitas, ibid.
Laus, ibid.
In Eccleſiis vetitæ, ibid. num. 2.
Earum abuſus, ibid.
Etiamnum ſervatæ; ibid.
A Pontifice, & à Rege Galliarum, ibid.
Tuentur, ibid. num. 4.
S. Congregationis decreta, ibid. num. 5.
AGGRESSOR; AGGRESSUS.
Si aggreſſus ab innocente in Eccleſia illum occidat ad ſui defenſionem, non privatur immunitate, tom. 2. conſ. 38. n. 38.
Aggreſſi hac in re cautio, ibid.
Quando aggreſſus, occidens aggreſſorem in Eccleſia, privetur immunitate, ibid. num. 42. & ſeqq.
Nomine aggreſſoris quis intelligatur, tom. 7. conſ. 20. n. 12.
Quomodo licitum prævenire aggreſſorem, ibid.
AGRICULTURA.
An, & quatenus Clericis concedenda ſit licentia exercendi agriculturam, tom. 7. conſ. 72. à num. 1.
Ejus exercitium quomodo Clericis permiſſum, ibid. num. 4.
Quid in bonis propriis, ibid. num. 6.
ALCHIMICUM, vid. *Chimicum*.
ALEATOR, vid. *Ludus*.
Aleatorum ſuſceptores ſunt in ſtatu reprobo, tom. 6. conſ. 19. n. 13.
Eorum in conſcientia obligatio, ibid.
Eorundem exercitium in foro externo quando reprobetur, ibid.
Puniuntur, ibid.
Quæ illorum domus intelligatur, ibid.
Publicatur, ibid. num. 23.
Pœnę contra receptantes in domo ſua aleatores, ibid. à n. 15. ac ſeq. & n. 20.
Eorum extenſiones, ac limitationes, ibid. n. 16. & ſeq.
Quatenus ſint perſonæ viles, & infames, ibid. num. 25.
Aleatores, eorumque ſuſceptores quatenus repellendi à teſtimonio, ibid. num. 26.
An ſint irregulares, ibid. num. 27.
An, & quatenus ſint inhabiles ad obtinenda beneficia Eccleſiaſtica, itaut collatio eis facta ſit ipſo jure nulla, ibid. n. 28. ac ſeqq.
Pæna alia in Clericum luſorem, ibid. num. 30.
Aleatores regulariter puniuntur arbitrio Judicis, ibid.
Aleator beneficiarius quatenus poſſit beneficio privari, ibid.
Placita Curiarum circa pœnas aleatorum, ibid.
Ut quis, tanquam aleator, eligi non poſſit, quid requiratur, ib. n. 31.
ALEXANDER MAGNUS.
Alexandri Magni cadaver unguentis odoratis illinitum, tom. 4. conſ. 95. num. 1.
Ægyptiis, & Chaldæis traditum, ut illud curarent, ibid. n. 12.
Ex ejus ore, ac membris odor, ac ſudor fragans, & medicus, ibid. & num. 12.
Hujus rei ratio, ibid. num. 12.
Quo mortis genere extinctus, ibid. num. 12.
ALIENATIO, vid. *Regulares*, *Uſusfructus*, *Pœna*, *Bona*.
Alienatio bonorum Eccleſiæ an habeat locum in privilegiorum renunciatione, tom. 1. conſ. 5. num. 1. & ſeqq.
Quid præſertim ſi coactè id fieret, ibid. num. 4.
An comprehendat uſumfructum ad vitam bonorum Eccleſiaſticorum immobilium, tom. 1. conſult. 18. à num. 1.
Procedit etiam in quacunque re, quæ non poteſt venire appellatione bonorum, ibid. num. 2.
Ejus prohibitio extendenda, ibid.
An ex conſuetudine liceat, ibid. num. 5.
An permittenda propter utilitatem, vel permiſſionem prælatorum, ibid. num. 6.
Papa inferiores in hac re nihil poſſunt ſtatuere, ibid.
Solemnitates in ea cur inventæ, ibid. num. 7.
Quid requiratur, ut valeat, ibid.
Ejus cauſa finalis adæquata, ibid. num. 8.
Quando eſt utilis, Eccleſiæ, ſuſtinetur, Eccleſia ipſa volente, tom. 1. conſ. 41. num. 26.
Alienatio jurium Eccleſiæ an requirat ſolemnitates, tom. 1. conſ. 123. num. 9.
Involuntaria quid exigatur, tom. 1. conſ. 136. num. 15. vid. tranſactio.
Licentia alienandi, danda rectori Eccleſiæ, an tranſeat in ſucceſſorem, tom. 1. conſ. 184. per totam.
Ante obtentum hac in re beneplacitum Apoſtolicum poteſt quis pœnitere, tom. 1. conſ. 228. num. 2.
Facta clerico, vel pro loco an cenſeatur facta in potentiorem, tom. 1. conſ. 261. num. 1.
Alienatio bonorum Eccleſiæ quibus in caſibus fieri poſſit, ac debeat, tota conſ. 13. tom. 4.
Quid in cauſa pietatis, redemptionis captivorū, belli ſacri, &c. ib.
Cautiones in hac re, ibid. num. 4. & ſeqq.
Quidve propter pauperum alimoniam, qui propria ſua culpa ad paupertatem redacti fuerint, ibid. num. 4.
An, & quatenus, in alienatione bonorum Confraternitatis, vel Congregationis, vel Oratorii; vel hoſpitalis requirantur ſolemnitates, quæ de jure requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum, tom. 4. conſ. 21. per tot.
Conſenſus, ſive beneplacitum Apoſtolicum quando in ea intercedere debeat, tom. 4. conſ. 79. num. 4.
Quorum bonorum, ac rerum Eccleſiæ prohibeatur, tom. 4. conſ. 207. num. 2.
Quatenus in alienatione rei Eccleſiæ ex cauſa neceſſaria non requiratur beneplacitum, tom. 4. conſult. 164. num. 4.
Quid de legato relicto animo compenſandi, ibid. num. 5.
De vectigali, ibid. n. 6.
De laudemio, ibid. num. 7.
De fideicommiſſo, ibid. num. 8.
Quid in dubio, ibid. num. 10.
Quid de diſtractione, ibid. n. 11. & ſeqq.
Quid de contractu emptionis, ibid. num. 14. & ſeqq.
Quidve de caſu mixto, ibid. aum. 17.
Et quid ſi in alienatione non intervenerit conſenſus Capitularis, ibid. num. 18.
An locatio Caſalium diſtrictus Urbis, atque ejuſmodi comprehendatur in Extr. Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. tom. 4. conſ. 223. num. 1.
Leges cùm civiles, tùm Eccleſiaſticæ, ne bona Eccleſiaſtica alienentur, tom. 6. conſ. 95. num. 5.
Res Eccleſiæ immobiles, vel quæ inter immobiles computantur, nemini licet alienare, ibid. num. 6. ac ſeqq.
Pœna in laicos alienantes, etiam cum cauſa, bona Eccleſiaſtica, ibid.
Quæ in alienatione bonorum Eccleſiaſticorum prohibeantur, ibid. num. 7.

Quatenus non prohibeantur alienari res mobiles, ibid.
Quid de eorum emphyteuſi, ibid. num. 8. & ſeqq. ac n. 11.
Quæ, quotve cauſæ in contractu emphyteuſis concurrere debeant, ibid.
Quidve de eorum conceſſione in feudum, ibid. num. 11.
Quando res Eccleſiæ dicatur in emphyteuſim, vel in feudum ſolita dari, ibid. num. 12.
Quid de fructibus, ac bonis, quæ ſervando ſervari non poſſunt, ibid. num. 13.
Quid etiam in terrulis ac vineolis, ibid. num. 14.
Ubi ad id quot cauſæ concurrere debeant.
Ad quam uſque quantitatem liceat Epiſcopo alienare, ibid. & num. 15.
Quid in alienatione neceſſaria, ibid. num. 16.
Quidque de legatis immobilium fratribus minoribus ſub modo licito relictis, ibid.
Neque propter armorum abuſum amittunt privilegium, ib.
Non tenentur notum facere Principibus, aut Magiſtratibus laicis nomen, & cauſam reorum, ib. n. 6.
Poſſunt ſine diœceſano capere, ſiſtere, tutæ cuſtodiæ tradere, &c. hæreticos, ac de hæreſi ſuſpectos, ib. n. 7.
An habeant territorium, ib. n. 8.
Et an ſint Judices ordinarii, ib. n. 9. ac ſeqq.
Eorum juriſdictio eſt major ordinaria, ib. n. 10.
In cauſis fidei habent eandem juriſdictionem, quam habet Pontifex, ib.
Quando uti poſſint brachio ſæculari, ib. n. 11.
Quas pœnas incurrant eis non præſtantes brachium ſæculare, ib.
In criminibus mixti fori habent præventionem, ib. n. 12.
Impedientes, ne habeant familiam armatam, quomodo poſſint ab Inquiſitoribus puniri, ib. n. 13.
An, & quatenus cum Inquiſitoribus poſſint Principes, ac Magiſtratus ſæculares aſſiſtere in cauſa hæredis, vel quovis modo ad ſanctum officium pertinente, tom. 4. conſ. 180. num. 1.
Ad quarum perſonarum excluſionem inducere poſſint ſecretum, ib. num. 3.
Quando poſſint recipere teſtimonium impuberum, tom. 4. conſ. 190. num. 5.
Quæ ætas requiratur in Inquiſitore, tom. 6. conſ. 10. nu. 7.
Quid ſervetur in Tribunali S. Inquiſitionis in inquiſito definitivè abſoluto, tanquam reperto innocente, non culpabili, tom. 6. conſ. 99. num. 20.
Inquiſitores hæreticæ pravitatis tenentur ad reſidentiam, t. 7. conſ. 4. num. 12.
Quid de eorum in hac re privilegiis, ib.
De poteſtate, ac validitate Inquiſitorum abſolvendi ſuos familiares, ſive officiales ab excommunicatione can. Si quis ſuadente, tom. 8. conſ. 74. n. 1. & ſeq.
Privilegia eorum familiarum, ib. n. 2.
Inquiſitores, eorumque Vicarii, quibus ſubjecti, to. 8. conſ. 85. num. 3.
Eorum bona ad quem pertineant, ib.
Inquiſitores S. Officii quatenus poſſint procedere contra furantes pyxidem cum particulis conſecratis, tom. 8. conſ. 86. a num. 1.
De impedientibus Inquiſitores, vel Epiſcopus in negotio S. Inquiſitionis, ib. n. 7.
De poteſtate Inquiſitorum contra ſtatuentes, ac edicentes in materiis hæreſis, tom. 8. conſ. 87. n. 2. ac 3.
De edicto Inquiſitoris publicato in ejus ingreſſu ad inquiſitionem ſub nomine proprio, & dignitatis, an, & quatenus obliget poſt deputationem novi Inquiſitoris, tom. 8. conſ. 95. a num. 1.
An neceſſarium ſit novum edictum, ib. n. 3.
Et ubi publicandum, ib. n. 4.
An Inquiſitor poſſit ſibi jus dicere, & revocare cenſuras promulgatas a delegato Apoſtolico, tom. 8. conſ. 129. n. 3.
Cauſæ miniſtrorum S. Officii quomodo avocentur ab aliis Tribunalibus, ib. n. 9.
De Inquiſitorum præcedentia, tom. 1. conſ. 12. num. 84. & ſeqq.
Inquiſitio in cauſis Canonizationum, quibus committatur, tom. 5. conſ. 22. n. 1.
Specialis inquiſitio quibus committenda, ib. n. 3.
Ad inquirendum quæ probationes requirantur, tom. 9. conſ. 8. a num. 1. & ſeq.

INSCRIPTIONES.

Quatenus probent, tom. 1. conſ. 93. n. 17.
Etiam juſpatronatus, tom. 1. conſ. 114. n. 2.
Quatenus ſint ſignum venerationis, tom. 1. conſ. 241. nu. 5.

INSIDIÆ.

Quæ occultiores, tom. 9. conſ. 18. n. 3.

INSIGNIA.

Quo pacto probent juſpatronatus, tom. 1. conſ. 114. num. 3. & 4.
In re aliena nemo poteſt ea ponere, ib.
Illius cui civilis juriſdictio competit, non cui criminalis, muris, portis, &c. Civitatis apponenda, tom. 2. conſ. n. 5. & 6.
Aliena aſſumere vetitum, tom. 3. conſ. 68. n. 3.
Ratione inſignium, ſive armorum poteſt procedi ad pugnam, ib. num. 7.

INSPECTIO.

Inſpectio ocularis ſuperat omnem probationem, tom. 1. conſ. 86. n. 9. & conſ. 190. n. 1.

INSPIRATIO, vid. *Reſpiratio.*

INSORDESCENS, vid. *Cenſura.*

INSTANTIA.

Non privat Judicem capientem juriſdictione ſibi competente, tom. 1. conſ. 45. n. 12.
Ad quid deſerviat, ib.
An inducat pendentiam judicii, tom. 1. conſ. 170. n. 11.
Quando perennetur, tom. 1. conſ. 250. n. 4.

INSTRUMENTUM.

Quatenus habeat exequutionem paratam, to. 5. conſ. 11. n. 37.
Publico inſtrumento lux veritatis obſiſtit, tom. 9. conſ. 166. num. 1.
Inſtrumenti publici virtus, tom. 10. conſ. 180. n. 2. & ſeq.

IN-

INTELLECTUS.
Intellectus, qui in legibus, & Conſtitutionibus repugnantiam inducit, quatenus evitandus, tom. 1. conſ. 179. n. 18.
Quid ſit, tom. 4. conſ. 58. n. 27.
An unus omnibus, ib.
INTELLIGENTIÆ.
Intelligentiarum effectus, ac virtus, tom. 1. conſ. 249. n. 1. & ſeqq. ad 9.
Effectus intelligentiarum, tom. 10. conſ. 186. nu. 11. ac 12.
Quatenus miracula operentur, ib. n. 13. & ſeq.
INTENTIO.
De intentione actuali, ac virtuali in Sacramentis, tom. 9. conſ. 136. num. 13.
INTERDICTUM, INTERDICTUS, vid. *Cenſura, Regulares, Privilegium.*
Interdictum in Civitate, vel Diœceſi ob læſionem Eccleſiaſticæ immunitatis, quando ac quomodo apponendum, to. 2. conſ. 34. num. 89.
Tempore interdicti tradens interdictos Eccleſiaſticæ ſepulturæ, quas pœnas incurrat, tom. 2. conſ. 59. n. 1.
Tempus interdicti de quo tempore intelligatur, ib. n. 2.
Interdictum quando locum habeat, ib. n. 3.
Quando obliget ad evitandum Univerſitatem, ib. n. 5.
Interdicti localis generalis, vel perſonalis generalis moderatio, ib. num. 6.
Item interdicti nominatim, ſeu ſpecialiter, ib.
An, & quatenus illud incurrant Regulares, ib. n. 7.
Ejus abſolutio, ſi non eſt reſervata, dari poteſt ab Epiſcopo, tom. 3. conſ. 8. num. 3.
An, & quo pacto contra Univerſitates deveniri poſſit ad interdictum Eccleſiaſticum, tom. 7. conſ. 17. n. 1.
Venit appellatione cenſurarum, ib. n. 1.
In quo æquiparatur excommunicationi, ib.
In eo referendo quid obſervandum, ib. n. 6. & ſeq. ac n. 10.
Pœnæ in non ritè promulgantem interdictum, ib. & n. 11.
Quando procedant, ib.
Non procedunt contra Epiſcopos, ib.
Quando in eo requirantur munitiones, ib. n. 4. & ſeq. ac 9.
Cenſura ſuſpenſionis ab ingreſſu Eccleſiæ eſt propriè interdictus, ib. num. 11.
Interdictum generale Civitatis quatenus extendatur ad ſuburbia, tom. 9. conſ. 11. num. 4.
An interdictus privetur immunitate Eccleſiæ, tom. 9. conſ. 18. num. 40.
Quid homini interdicto prohibeatur, ib. & n. 41. & ſeq.
Quando violet Eccleſiam, ib. n. 42.
Pro delicto Principis, Epiſcopi, vel eorum officialium interdicuntur Civitates, & Eccleſiæ, tom. 9. conſult. 52. num. 13.
An, & quatenus Regulares teneantur ſervare interdictum Eccleſiaſticum ab Ordinario appoſitum, tom. 10. conſ. 1. a num. 1.
De interdicto quoad alios, ib.
Pœnæ in præſumentes non ſervare interdictum, ib.
Quid de Eccleſiaſticis ſæcularibus, vel regularibus exemptis, ib. num. 2.
Quomodo ab Epiſcopo puniendi, ib.
Quatenus excommunicari poſſint, ib.
Quænam privilegia tollantur, quævè præſervantur, quibus derogetur, ib. n. 3.
Quid de interdictis nominatim declaratis, vel in loco interdicto nominatim declarato, ib. n. 5.
Et de omni interdicto locali, ib.
Interdictum perſonale generale obligat ad vitandum, ſi fuerit denunciata per nomen talis univerſitas, etiamſi non fuerint ſinguli nominati, ib.
Quam pœnam incurrant Clerici violantes interdictum perſonale, aut locale, ib. n. 6.
Celebrans in loco interdicto an fiat irregularis, ib. n. 7.
Quænam ignorantia excuſet ab hac pœna, ib. n. 8.
Celebrans contra interdictum fit irregularis activè, & paſſivè, ib. num. 9.
Celebrans verò perſiſtens in interdicto, ſive contra interdictum, poſtquam fuerit monitus, incurrit eo ipſo pœnam perpetuæ depoſitionis, ib.
Ob notorietatem hujus criminis, depoſitione digni, erit infamis juris, ac inde irregularis, ib. n. 9.
Epiſcopus violans interdictum a Papa latum, quam pœnam incurrat, ib. n. 10. & ſeq.
Limitatio interdicti localis, generalis, vel perſonalis, ibid. num. 14.
Interdicti appoſitio, ejuſque ſublatio quomodo ſit jus Ordinariorum, ib. n. 32.
Interdictum ex defectu cauſæ non ſuſtinetur, ib. n. 36.
Ejus pœna quomodo gravior pœna excommunicationis, ib.
An ſit cauſa ſufficiens culpa graviſſima quarumdam perſonarum tantùm, num. 57.
Quæ cauſa requiratur, ut interdici poſſit Civitas, ib.
Quid requiratur, ut delictum privatæ perſonæ poſſit eſſe cauſa ſufficiens interdicti generalis, ib.
Interdicti effectus, ib.
De interdicto nihil innovandi, Vide Ædificium.
INTERESSENTIA.
Qnomodo differat è reſidentia, tom. 1. conſ. 86. num. 24. & conſ. 129. num. 18.
Quorum ſit, tom. 7. conſ. 4. n. 10.
Differat a reſidentia, ib.
IRREGULARIS, IRREGULARITAS. vid. *Homicidium.*
Irregularitas ex infamia, tom. 7. conſ. 19. n. 1.
In dubio de homicidio quiſque ſe gerere debet pro irregulari, ib.
An irregularitas ex homicidio ſit de jure divino poſitivo, ib. & num. 2.
Nulla eſt inducenda irregularitatis, quæ non ſit in jure Canonico, ib.
An ille, qui dat operam rei licitæ, ac omnem adhibet diligentiam ne ſequatur homicidium, ſi deinde ſequatur, incurrat irregularitatem, tom. 7. conſ. 20. n. 1.
Decretum Tridentinum cap. 7. ſeſſ. 14. de ref. quod loquitur de incapacitate beneficiorum ob irregularitatem ex homicidio, an extendatur ad penſiones, ib.
Homicidium privatum cum propulſione injuriæ moderata, an, & quatenus inducat irregularitatem, ib. a n. 2. & 6.
Irregularitas ex delicto præſupponit peccatum, ib. n. 2.
Quatenus invaſus conſulere teneatur ſaluti invaſoris, ibid. num. 3.
An homicidium commiſſum ob defenſionem neceſſariam vitæ alterius innocentis, aut Reipublicæ cum moderamine inculpatæ tutelæ, quando ſcilicet lege naturali vel divina obligatur aliquis ad talem defenſionem innocentis, inducat irregularitatem, ib. num. 4. & ſeqq.
Irregularitas ex defectu lenitatis ex quo homicidio contrahatur, ib. num. 5.
Quid de mutilatione membri, vel ejus periculo, ibid. n. 6.
Qui honoris cauſa inſequitur inimicum, & occidit, an incurrat irregularitatem, ib. n. 7.
Irregularitas ex illegitimis natalibus, tom. 7. conſ. 34. a n. 1.
Irregularitas ſpurii, tom. 7. conſ. 40. a n. 1.
Quomodo excludatur, ib. n. 1.
Quando quis in dubio teneatur ſe reputare irregularem, ib. num. 4. & ſeqq.
Irregularitas ex infamia facti, & juris, tom. 7. conſ. 43. num. 3.
Qui in ea diſpenſare poſſit, ib. n. 4.
Irregularitas ob interdicti contemptum, tom. 7. conſult. 44. num. 34.
Non eſt afferenda ubi non eſt jure expreſſa, ib.
Irregularitas ex caſtratione, tom. 7. conſ. 66. n. 2. & ſeq.
Irregularitas, an impediat ſuſceptionem primæ tonſuræ, tom. 8. conſ. 146. a num. 7.
Quis ſit judicandus irregularis, ib. n. 2.
Non habet locum quando effectus non ſequitur, to. 6. conſ. 73. num. 2.
Quatenus ex ſententia ſanguinis cum effectu contrahatur irregularitas, ib. num. 7.
INTERPRETATIO, INTERPRETES, vid. *Teſtator, Obſervatio.*
Interpretatio quænam ſumenda, tom. 1. conſ. 44. n. 13.
Quæ magis attendenda, tom. 1. conſ. 9. n. 18.
Vera, tom. 1. conſ. 169. n. 13. & 25.
Rejicienda, tom. 1. conſ. 134. n. 16.
Minus præjudicialis Eccleſiæ unitæ, tom. 1. conſ. 136. n. 15.
Interpretes olim habiti in Eccleſia, & quare, tom. 2. conſ. 56. num. ult.
Interpretatio paſſiva admittitur in omni materia, tom. 9 conſ. 5. num. 14.
Quid in jure converſo, ib. n. 15.
Verbum, Interpretatio, quid indigitet, tom. 9. conſult. 11. num. 4.
Semper ea interpretatio facienda eſt, qua quiſque non obligetur, aut eo minus obligetur quoad fieri poſſit, tom. 9. conſ. 186. §. Unde.
Commovenda non ſunt quæ apud majores noſtros certam interpretationem habuerunt, tom. 10. conſ. 57. n. 6.
Interpretatio debet accipi juxta ſupplicationem, t. 10. conſ. 122. num. 8.
Quid attendendum in interpretatione decretorum, ib.
INTERROGATORIA.
Unius interrogationis omiſſio contra formam remiſſoriæ an inducat nullitatem totius examinis, illique omnem fidem adimat, tom. 1. conſ. 207. n. 1. & conſ. 242. n. 1.
INTIMATIO.
Intimatio diſdictæ locationis domus, facta judicialiter Clerico coram Judice laico, an ſit contra immunitatem Eccleſiaſticam, tom. 1. conſ. 150. per totam.
Quando dicatur facta judicialiter, ib. n. 1.
Quid de diſdicta cenſus, ac depoſiti, ib. n. 2.
An reſpiciat aliquem actum judicialem, ib. n. 3. & 4.
Importetque partem Judicii, ib. n. 1.
Quid de diſdicta ſocietatis officii, ib. & n. 23.
An dici poſſit ſimplex declaratoria voluntatis, vel incitatoria, arctans ad comparendum, ib. n. 12.
Quando declaratoria, ib. n. 13.
Judicialis quæ dicatur, ib. n. 14. & 25. & ſeqq.
Cenſus coram quo Judice facienda, ib. n. 28.

INVASIO, INVASUS, vid. *Aggressor*, *Excommunicatio*, *Irregularitas*.
INVENIRE.
Quid sit, tom. 4. conf. 71. a n. 1.
INVENTARIUM.
Est actus merè extrajudicialis, tom. 3. conf. 150. tom. 30.
Ad illud conficiendum Clericus coram quo Judice citandus, ibid.
Quid si sit conficiendum de rebus Ecclesiæ, ib. n. 32.
Confectio inventarii Clerici hæredis, an sit mixti fori, tom. 5. conf. 2. n. 47.
Inventarium bonorum Clerici demortui, qui filios minores, reliquit, potest coram Judice sæculari pupillorum fieri, tom. 3. conf. 10. num. 19.
INVERISIMILITUDO, INVERISIMILE, vid. *Testes*.
Inverisimile quam fidem mereatur, tom. 9. conf. 9. n. 10.
Inverisimilitudo depositionis testium ex quibus eruatur, ibid. num. 11.
INVESTITURA.
Prima investitura est attendenda, tom. 9. conf. 38. n. 28.
Investituræ Ecclesiasticæ a Principibus sæcularibus factæ, damnantur, tom. 9. conf. 97. n. 127. & seq.
INVIDIA, vid. *Fastum*.
JOACHIMUS, vid. *Theologia*.
De Joachimo Abbate censuræ, tom. 9. conf. 102. n. 22.
An donatus spiritu prophetiæ, ib. n. 23.
Ejus vaticinia, ib. n. 24. & seq.
Ejus librum damnavit Innocentius tertius, ib. n. 28.
Accusatur vanitatis immodicæ, & ostentationis, ibid. n. 30.
Non est tanquam hæreticus explosus Joachimus, ib. n. 29.
Creditus suo tempore verus Propheta, ib. n. 31.
IRA, vid. *Rixa*.
Quomodo tollat cognitionem, & rationem voluntatis, tom. 1. conf. 38. num 6.
Quo pacto pœnas temperet, ibid. num. 7. & seqq. ac præcipuè a num. 9.
Ejus fluctus, ib. n. 6
Simulacrum, ib.
Indoles, ib. num. 10.
Moderata laudatur, ib. n. 10.
Quæ iræ causa excuset, ib. n. 12. & seq.
Intra quod tempus dicatur durare, ib. n. 13.
Iræ motus an excuset, & quomodo a culpa, tom. 9. conf. 22. num. 4.
Ira impetum animi habet, ib. n. 19.
Ex ea oriuntur inconsulta delicta, ib.
Commovet ex injuria illata, ibid. Excusat delictum admissum, ibid.
Etiam innocentes ad crimen adducit, ib.
Provocatus, & justè ad iram commotus, si delinquat, lex illi ignoscit, ib. n. 20.
Quid si non illicò homicidium ex ira non oriatur, ib. n. 21.
IRREGULARIS, IRREGULARITAS, vid. *Interdictum*, *Homicidium*.
Ejus dispensatio an possit vigore commissionis absenti impertiri, tom. 1. conf. 20. n. 3.
Quibus modis, ib. n. 4.
Pro quo foro, ib.
Quando, & quam irregularitatem incurrat Clericus proferens sententiam sanguinis, tom. 2. conf. 2. n. 15. & 16.
Super irregularitate ex defectu lenitatis, quis possit dispensare, ib. num. 17.
Quomodo ex ludo eam Clericus incurrat, tom. 2. conf. 38.
Quando in ea dispensari soleat ad cautelam, tom. 2. conf. 59. num. 50.
An incurratur a celebrante Missam pluries in die, tom. 4. conf. num. 7.
Ex infamia facti, vel juris, ib.
Non potest in ea Episcopus dispensare, ib. n. 8.
Quatenus ex genere pœnæ incurratur, ib.
An leviter rixans cum Clerico incurrat irregularitatem, dum ejus frater, videns casu a longè fratrem rixantem, currens ad ei succurendum Clericum occiderit, tom. 9. conf. 71. a n. 1.
Quid si rixa facta fuerit animo occidendi, fuitque causa physica, vel moralis, leviterque primus vulnerasset, ac rixa esset illicita, ib. n. 10. & seqq.
Et quid de homicidio casuali, ib. a n. 11.
Irregularitas ex homicidio quando contrahatur, ib. num. 1. & seqq.
Ad contrahendam irregularitatem non sufficit animus occidendi, ib.
Quid si rixans lethaliter percussisset, & alius ita percusserit, ut statim percussus obiret, ib. n. 3. & seqq.
Quidve si præbeatur occasio occidendi, ib. n. 5.
An incurrat irregularitatem non impediens homicidium, ib. num. 6. & 7.
Non contrahitur irregularitas, nisi sit in jure expressa, ib. num. 8.
Quid si omissio ex dolo precederet, ib. n. 9. & seqq.
Quando homicidium sit casuale ex actu illicito, ib. n. 11.
Irregularitas ex delicto quid requirat, ib. n. 12. Quid si quis fuerit in culpa, ib. n. 13.
IRRITUM.
Juxta modum loquendi canonum quid plerumque dicatur, tom. 1. conf. 172. n. 18. ac seqq.
ISCHIADES.
Ejus causa, tom. 10. conf. 177. n. 36.
An ejusdem generis cum rheumatismo, ib. n. 37.
ITALIA.
Quousque extendatur, tom. 1. conf. 146. n. 7.
Comprehendit Insulas sibi adjacentes, ib.
Nomine Italiæ quid contineatur, conf. 149. n. 26.
JUBILÆUM.
Non suffragatur excommunicatis in foro fori, tom. 2. conf. 59. num. 20.
Non est concedenda absolutio a censuris in materia immunitatis vigore Jubilæi, ib. n. 23.
JUDÆI, vid. *Usura*, *Turca*, *Hebræus*.
Judæi recens baptizati, a delictis perpetratis in Judaismo, quoad pœnam corporalem, an excusentur, tom. 1. conf. 92. num. 1.
Possunt eis præterita delicta condonari, ib.
Quid si receperunt Baptismum in fraudem, ib. n. 2.
Quid cessante fraude, ib.
Hac de re praxis, ib. n. 5.
Permittuntur in Civitatibus Christianis, tom. 1. conf. 143. num. 14.
Quo pacto cogantur ad satisfaciendum Ecclesiis pro domibus, in quibus habitant, tom. 1. conf. 179. n. 64.
An, & quo pacto Judæis a Summo Pontifice, Imperatore, aliisque Principibus fœnerandi potestas ex causa publicè fieri possit, tom. 4. conf. 75. n. 1. & seqq.
An Pontifex Judæis Christianam Religionem suscipientibus possit usuras condonare, ac universim statuere, quod restituant partem tantummodò ex usuris, ib. n. 87.
Tenentur Christi lege, ib. n. 25. & 48.
Quomodo ad nos pertineant, ib. n. 40.
In quibus Ecclesiæ non subjiciantur, ib. & n. seqq.
In ipsos, & cum ipsis officia Christianorum, & consuetudo, ib. num. 42.
Sunt inter commissas Christi oves, ib. n. 43.
Quoties in eos animadvertere Pontifex debeat, ibid. n. 44. & 49.
An nobis, inoffensa lege divina, fœnerari possint, ib. n. 45.
Quomodo illis concessum fuerit a Deo cæteris fœnerari, ib. num. 46. & seqq.
Quid inspecta nova Dei lege, ib. n. 45.
Quid interest inter Christianos, & Judæos, ib.
Eorum Thalmud combustus, & quare, ib. n. 49.
Cautæ plures, sed fallaces, cur fœnus in personas Judæorum toleretur, ib. n. 13. & seqq.
Odium inter Christianos, & Judæos, ib. n. 55.
Quomodo eis occasio fœnerandi tolli possit, ib. num. 55. & conf. 151. n. 17. dicti tom. 4.
Quas artes exercere possint, eodem, n. 56.
Eorum gloria, ib. n. 57.
Tenentur ad restitutionem malè ablatorum, ib. n. 58.
Quo pacto possit eis usura licitè tolerari, ib. n. 70.
Edictum in eorum usuras, ib. n. 79.
Eorum usuræ quibus restituendæ, ib. n. 87.
Sublatum eis in Urbe fœnus, tom. 4. conf. 151. num. 17. & seqq.
De fingentibus se Christianos, & sumentibus Eucharistiam, tom. 4. conf. 190. n. 15.
Suscipientibus Baptismum quatenus retentio bonorum permissa, ib. num 18.
De legitima conversis ad fidem Christianam debita, ibidem num. 16.
De Baptismo infantium Judæorum, insciis eorum parentibus, ib. num. 20.
De expensis victus subministrandis filiis Neophytis, ibidem num. 21.
Quatenus uti possint nutricibus Christianis, ib. n. 28.
De educatione eorum filiorum, qui sunt Baptizati in læmodochio, ib. num. 23.
De impunitate, quam per Baptismum consequuntur, ibid. num. 24.
De Baptizatis, & relapsis ad Judaismum, ib. n. 25.
De spontanea eorum voluntate suscipiendi Baptismum, ib. num. 26.
De Baptismo filiorum, instante Patre, vel Matre, vel excedentium septem annos, ib. n. 27.
De puellis Judæorum, quæ confugiunt ad Christianos, & asserunt, se profiteri velle fidem Christianam, ib. n. 8.
Quando liceat Christianis pueros Judæos Baptizare, ib. n. 29.
De infantibus, quibus eorum Patres consensum præstiterant, ut Baptizentur, & postea pœnitent, ib. n. 30.
Quo jure prohibitum sit Judæis conducere vectigalia Principis sæcularis, illaque per se ipsos exercere, tom. 4. conf. 192. num. 1.
Vel etiam conducere bona Principis sæcularis, vel privatorum, ib. n. 5. & seqq.
De hac re expostulatio, ib. n. 7.
De expurgatione Judaicorum librorum, ib. n. 9.
De licentia medendi Christianos, ib. n. 10.
De igne a Christianis die Sabbato eis non accendendo, ib. n. 11.

De eorum ſarvis, & triumdiis cum Chriſtianis, ibid. n. 12.
De famulatu puellarum Chriſtianarum, & Miſſam non audientium, ib. n. 13.
De deferentibus arma Tunetum, vel Algerium, ibid. n. 14.
De fide eorum teſtium in cauſa fidei contra Chriſtianum, ib. num. 15.
De retinentibus libros prohibitos, ib. n. 16.
De transferentibus Arcam cum pompa, ib. n. 17.
De conſtruentibus novam ſynagogam, ib. n. 18.
De accedentibus ad hoſpitia Chriſtianorum, ib. n. 19.
De eorum acceſſu ad loca ditionis Eccleſiaſticæ, ib. n. 20.
De dantibus panes azymos Chriſtianis, ib. n. 21.
De pœnis eis impoſitis, ib. n. 22.
De circumcidentibus infantem Chriſtianum, ib. n. 23.
De exiſtentibus in triremibus, & volentibus ſuſcipere Baptiſmum, ib. num. 24.
De edificatione ſynagogæ, ib. n. 26.
De percutientibus, vel corrumpentibus imagines Sanctorum num. 27.
De deſcendentibus ex eorum progenie, non admittendis ad Canonicatus, ad dignitates, ad curam animarum, ib. n. 28.
Quas res in pignus accipere nequeant, ib. n. 29.
Licentia pro exercendo fœnere, ib. n. 30.
De animalibus in uſum carnis mactatis in macellis Chriſtianorum, ib. num. 31.
De opera fullonum Chriſtianorum, ib. n. 32.
De procurantibus libertatem Turcarum a triremibus, ut Judaizent, ib. num. 33.
De non utendo opera Chriſtianorum in addiſcendis ſcientiis, vel artibus, ib. n. 34.
Et e contra, ib. n. 35.
De acceſſu ad Cauponas Chriſtianorum cum Meretricibus, ib. num 36.
De non promovendis ad gradum doctoratus, ib. n. 37.
Prohibentur ponere ſuis ſepulchris epitaphia, ib. n. 38.
In quibus eis permittatur opera Chriſtianorum, ib. n. 39.
Nequeunt vocari nominibus Chriſtianorum, ib. n. 40.
Quid teneatur ſervare in vendendis, & emendis libris, ib. num. 41.
De examine ab eis ſubſcribendo, ib. n. 42.
De Medicis, & Chirurgis Chriſtianis eos medentibus, ibid. num. 43.
De barbitonſoribus Chriſtianis, ib. n. 44.
Cum puellis, originem a Judæis trahentibus, diſpenſatur, ib. num. 45.
De opera Medicorum tempore peſtis, ib. n. 46.
De ſynagogis erectis abſque licentia Sedis Apoſtolicæ, ibid. num. 47.
De prohibitione mercaturæ librorum Eccleſiaſticorum, ib. num. 48.
De delatione proceſſionaliter eorum Bibliæ, ib. n. 49.
De ſigno in eorum pileo deferendo, ib. n. 50.
De Baptiſmo filiorum, invitis parentibus, & de pœnis illos Baptizantium, ib. n. 51.
De hortantibus proprios filios Neophytos ad redeundum ad Judaiſmum, ib. n. 52.
De amplectentibus ſectam Turicicam, ib. n. 53.
De pronunciantibus blaſphemias hæreticales, ib. n. 54.
De Apoſtatis a lege Hebraica ad Mahumetanam, ib. n. 55.
Alia, tom. 2. conſ. 70.
An juſtè Judæi a Chriſtianis recipiantur, vel potiùs expellendi ſint, tom. 5. conſ. 14. a n. 1.
De ipſorum Cabala, Thalmude, impietatibus, blaſphemiis, converſione ad fidem, & ad illam catecheſi, ib. & n. ſeqq.
Eorum artes, ib. n. 2.
Fœtus, ib.
Quatenus medicamenta ab eis recipere prohibitum, ib.
Eorum medicinæ quàm funeſtæ, ib.
Quatenus ſint perſonæ odioſæ, ac infames, inimici Crucis Chriſti, & ejuſdem nominis blaſphemi, ib. n. 3. & 79.
Sunt pejores, & magis odioſi aliis infidelibus, ib.
Eorum Cabala falſa, & impia, ib. n. 7.
Continet multa impia, & ex omnium hæreſum furfure conflata, ib. num. 8. & ſeqq.
Ex ea errores, ib. n. 10.
Eorum crudelitas, & facinora in Chriſtianos, ib.
Atrocitas, ib. n. 4.
Impietas in Chriſtum, ib. n. 5.
Edicta in Judæos, ib. n. 6.
De eorum Thalmude, ib. n. 10.
Quid ſit, ib.
Dictum jus Judaicum, ib.
Quando cœptum, ib.
Ejus authoritas, ib.
Blaſphemiæ, ib.
De eorum Leviathan, ib. n. 19. & ſeqq.
De Behemot, n. 22. & ſeqq.
Cur ſcriptus, ib. n. 63.
Flammis adjudicatur, ib. n. 64.
Prohibitus, ib.
Etiam ipſis Judæis, ib. & num. 65.
Eorum mores cum noſtris neutiquam concordant, ib.
Ad Eccleſiam confugientes, an gaudeant immunitate, ibid. num. 67. & 106.
Prohibentur recipi publicis Principum edictis, ib. n. 68.
Tutela eis data, ne Chriſtiani in eos inſultent, ib. n. 70.
Ejecti a Chriſtianis confluunt ad Turcas, ib.
Attulerunt Turci varias artes, ib.
Synagoga Judæorum non gaudet immunitate, ib.
Sunt ſub protectione Pontificia, & Imperatoris, ib. n. 71.
Prohibetur eos offendere in perſona, vel in bonis, ib.
Solo Judaicæ ſuperſtitionis intuitu neque in perſona, neque in bonis offendendi, ib.
Eorum fides primordium veritatis, ib. n. 73.
Quatenus computentur inter oves Chriſti, ib.
Non ſunt rebelles Eccleſiæ Romanæ, ib. n. 94.
Aliquando convertentur, ib.
Vivunt jure Romanorum, ib. n. 76.
Eorum collegia, ſynedria, & ſynagogæ tolerantur, & proteguntur, ib. n. 77.
Eis tempore neceſſitatis ſuccurrendum, ib. n. 199.
Judæus minor, quando læditur, reſtituitur in integrum, ib. num. 76.
Securitas conceſſa pro ſe, & ſociis includit ſocium hebræum, ibid.
Quomodo eorum fraudibus occurrendum, ib. n. 78.
Non ſunt perturbandi in eorum ſolemnitatibus, ac cœremoniis, ib. num. 80.
Qua ſola arte contenti eſſe debeant, ib. n. 78.
Quatenus, & quibus de cauſis expelli poſſint, ib. n. 107. & ſeqq.
An aliquando Catholicis libros Judæorum, & Thalmud legere ſit permiſſum, ib. n. 83. & ſeqq.
Quæ Cabala ſit vetita, ib. n. 82.
Thalmudi uſus, ac Theologia fabularis Judæorum quatenus utilis Chriſtianis, ib. ac n. 83.
Commoda, quæ ex dictis libris proveniunt, ib. num. 92. & ſeqq.
Ad id cautio, ib. n. 10. & ſeqq.
Contra Judæos qui ſcripſerint, ib. n. 104.
Nec directè neque indirectè ad fidem ſuſcipiendam compelli poſſunt, ib. num. 107.
Summus Pontifex de plenitudine poteſtatis poteſt expellere Judæos, ib. num. 108.
Saluberrima Statuta Concilii primi Mediolanenſis de Judæis, ib. a num. 120.
Deferre debent ſignum crocei coloris, ib. n. 121.
Alia de Judæis benè multa, ſed ſummatim quidem utilia, & ſcitu digna, ib. a n. 122. ad n. 235.
Quatenus in ſalvoconductu comprehendantur Judæi, tom. 5. conſ. 67. num. 24.
Sub generali fermone etiam in favorabilibus Judæi comprehenduntur, ib.
Manutenendi ſunt Parochi in poſſeſſione exigendi a Judæis pretaticum pro decimis, oblationibus, aliiſque incertis, quæ a Chriſtianis percipiebant antequam eorum domus ad ipſos Judæos quocunque titulo deveniſſent, t. 5 conſ. 70. a n. 1.
Ejuſmodi pretaticum quare ab eis debeatur, ib. n. 4.
Quatenus teneantur ad decimas, ib. n. 7. & ſeqq.
De pretatici quantitate, ib. n. 14.
Judæi gaudent privilegio immunitatis Eccleſiæ, t. 9. conſ. 1. n. 23. & ſeqq. Et quatenus tom. 9. conſ. 10. n. 1.
JUDEX, V. *Laicus, Poteſtas, Epiſcopus, Forus, Eccleſiaſtici, Eccleſiaſtica poteſtas, Clericus, Immunitas, Recuſatio ſuſpectus, Conjudices, Eccleſia, Conjugatus, Examen, Cenſura, Cenſus, Uſura, Matrimonium, Clericatus, Reus, Extractio, Decretum, Appellatio, Cauſa.*
Judæus qua lingua loqui debeat, tom. 1. conſ. 12. n. 2.
Ad illum, qui inhibuit, pertinet cognoſcere de gravamine inhibitionis, tom. 1. conſ. 30. n. 1.
Judex Eccleſiaſticus poteſt jus dicere contra laicos in cauſis omnibus, etiam merè laicalibus, ſi Judex ipſe laicus deficiat, tom. 1 conſ. 42. n. 1.
Debet inſpicere, an habitus Clericalis reſumatur in fraudem, tom. 1. conſ. 45. n. 5.
Judex, ubi leges pœnam mortis imponunt, non poteſt pœnam pecuniariam infligere, tom. 1. conſ. 54. n. 6.
Eum injuria afficiens graviſſimè punitur, tom. 1. conſ. 54. n. 43.
Quo remedio uti poſſit in contravenientes, tom. 1. conſ. 55. num. 8. & 25.
Ejus arbitrio relinquitur tempus, quod natura negotii dederat, ib. num. 10.
Judex Eccleſiaſticus an teneatur ſtare proceſſui Curiæ ſæcularis, tom. 1. tota conſ. 128.
Ipſi demandatur exequutio pœnæ extraordinariæ extractorum ab Eccleſia, ib. n. 19.
Cautiones hac in re adhibendæ, ib. num. 23.
Judex non infert injuriam, ſi aliquid faciat intuitu Reipublicæ, licèt tendat in contumeliam alicujus privati, to. 1. conſ. 131. num. 1.
Condemnans quempiam ex ſola ſuſpicione, peccat lethaliter, tom. 1. conſ. 133. n. 6.
Procedens abſque juriſdictione, reputatur tanquam merus privatus, tom. 1. conſ. 150. n. 11.
Competens, qui dicatur, ib. & n. 27.
In diſtractu quis Judex adiri debeat, ib. n. 28.
Judex Eccleſiaſticus an poſſit cognoſcere cauſas laicorum vigore juramenti appoſiti in contractu, tom. 1. conſ. 51. per totam.

Qui eſt Judex cauſæ præparantis, eſt etiam cauſæ præparatæ, ib. n. 16.
Eccleſiaſticus poteſt compellere laicos ad obſervandum juramentum, ib. n. 18.
Ejus partes in confugientem ad Eccleſiam, de crimine excepto indicatum, tom. 1. conſ. 169. num. 1. & ſeqq.
Judex laicus an poſſit prohibere ſuis exequutoribus, quominus exequantur monitoria, mandata, &c. Curiæ Eccleſiaſticæ, tom. 1. tota conſ. 174.
Ejuſmodi prohibitionem revocare tenetur, ib. & n. 2.
An ſit neceſſe, quod Judex remiſſorialis perſonaliter accedat ad Eccleſiam, ubi aliquis ſervus Dei dicitur ſepultus, ad judicialiter inſpiciendum illius ſepulchrum, ibique in actis redigendum, adnotandumque, tom. 1. tota conſ. 190.
Ejus ocularis inſpectio præfertur cuicumque alii generis probationis, ib. num. 1.
In Judicem non ſuum nemo poteſt conſentire ſine licentia ſui ſuperioris, tom. 1. conſ. 193. n. 4.
An neceſſariò exigatur, quòd Judex remiſſorialis reſcribat, quantam fidem teſtibus, ac juribus compulſatis adhibendam eſſe, tom. 1. conſ. 199. a n. 1.
Aſſerenti, aliquem coram ſe citatum fuiſſe, non creditur, tom. 1. conſ. 205. n. 4.
In compulſorialibus quid obſervare debeat, tom. 1. conſ. 210. a num. 1.
Quid in collatione ſcripturarum, tom. 1. conſ. 212. n. 1. & 2.
Judex remiſſorialis an habeat facultatem alterandi formam, ſibi præſcriptam, tom. 1. conſ. 242. n. 1.
Ejus facultas in cauſarum terminis dilatoriis, t. 1. conſ. 250. n. 5.
Judex ad quem, an, & quatenus petere poſſit copiam actorum a Judice, a quo, tom. 1. conſ. 261. n. 1.
Judex ſæcularis an poſſit decreta interponere in contractibus puellarum in Monaſteriis exiſtentium pro educatione, abſque licentia Epiſcopi, tom. 1. conſ. 332. n. 1.
Non poteſt cogere litigantes, ut adeant forum laicalem in cauſis mixti fori, tom. 1. conſ. 352. n. 1.
Ut Judex laicus punire non poſſit perſonam, ſufficit Clericatum eſſe dubium, tom. 2. conſ. 42. n. 4.
Quando, quomodo, ac quibus in caſibus cognoſcere poſſit Clericatum, & habitum Clericalem, t. 2. tota conſ. 44.
Ac item cauſas Clericorum, ab Epiſcopo ei commiſſas, to. 2. tota conſ. 45.
An, & quatenus in Judicem laicum poſſit Clericus conſentire, tanquam in arbitrum, ib. n. 6.
Non poteſt cognoſcere de falſitate, ut ſciat, quæ fides Clerico ſit adhibenda, tom. 2. conſ. 47. n. 4.
Ubi plura de falſitate teſtium ſæcularium, coram Judice Eccleſiaſtico examinatorum.
Poſtquam remiſit ad Judicem Eccleſiaſticum cauſam, & proceſſum, in quo prætenditur extare indicia contra Clericum, non poteſt proſequi in capiendis novis indiciis contra ipſum Clericum, ib. n. 6.
An, & quatenus habeat juriſdictionem in ſodalitates laicorum, ib. n. 7.
Judex laicus, deferens juramentum perſonæ Eccleſiaſticæ, quomodo puniri debeat, tom. 2. conſ. 58. n. 4.
Ubi S. Congregationis declaratio, ib.
Quid ſi examinet Eccleſiaſticos, ib. n. 4. & ſeqq.
Quidve ſi ignoranter, ib. n. 6.
Quid ſi cauſa eſſet mixti fori, ib. n. 7.
An, & quo pacto poſſit contra laicum criminoſum, promotum ad ſtatum Clericalem in fraudem fori laici, procedere, tom. 2. conſ. 66. num. 13.
Ejus partes contra Clericos, in fraudem fori ſæcularis promotos, ib. n. 23.
Ejuſdem in ipſos, ac in non habentes requiſita Concilii juriſdictio, tom. 3. conſ. 20. a n. 1.
An, & quatenus poſt oppoſitionem, & notitiam Clericatus contra Clericum procedere poſſit, ib. n. 14.
Non poteſt contra Clericum procedere ante declarationem Curiæ Eccleſiaſticæ, ib. n. 19.
An Judices inferiores, non conſulto prius ſupremo magiſtratu, ſive Principe, neque habito ejus oraculo, poſſint ex ſe, ex præſumptionibus, &c. imponere inquiſitis pœnam corporalem triremium, uti extraordinariam, ſi titulus cauſæ ſit Capitalis, tom. 3. tota conſ. 45.
Judex Eccleſiaſticus non debet eſſe contentus proceſſu Judicis ſæcularis, tom. 2. conſ. 37. num. 7.
In cauſis temporalibus quatenus juriſdictionem habeat, tom. 2. conſ. 41. n. 4
Ejus juriſdicto quo pacto a laicis prorogari poſſit, ib. per tot.
Quid in cauſis criminalibus, ib. n. 3.
Declaratur, ib. num. 6.
Quid poſſit contra teſtes laicos coram ipſo falſum deponentes, tom. 1. conſ. 47.
Habent juriſdictionem in laicum ratione perjurii, ib. n. 1.
Cognoſcit de decimis prædialibus, tom. 2. conſ. 48. n. 2.
An poſſit compellere laicos ad delendum a cataſtro bona ab Eccleſiaſticis acquiſita, tom. 1. conſ. 55. per totam.
An, & quomodo poſſit deferre, ac minuere pœnam latæ ſententiæ a jure, tom. 2. conſ. 60. n. 10. ac 11.
Non eſt inconveniens, quòd quis habeat diverſos Judices, tom. 3. conſ. 30. num. 21.
Quatenus contra laicum cognoſcere poſſit de re temporali, tom. 3. conſ. 24. num. 1. & 2.
Inter duos Judices habentes cumulativam, quiſnam cognoſcat, tom. 3. conſ. 43. num. 5.
Quibus pœnis Clericos venatores punire debeat, tom. 3. conſult. 59. n. 19.
An, & quibus remediis poſſit impedire, ne contrahatur matrimonium cum muliere, aut viro imparis conditionis, tom. 4. conſ. 11. a n. 1.
Quatenus impedire debeat, ac poſſit actionem publicam, ib. n. 2.
An teneatur impedire, ne homines delinquant, illoſque plectere, ib. n. 3.
Ejus officium, ib. n. 4. & ſeqq.
Judex habens ampliſſimas facultates tenetur dare manutentionem, donec cognoſcatur de petitorio, t. 4. conſ. 35. n. 19.
Quinam poſſit dare Judicem, tom. 4. conſ. 37. n. 6.
Quando moveri poſſit ad judicandum ab hiſtoricis, tom. 4. conſ. 42. n. 9.
Judex loci delicti eſt competens, tom. 4. conſ. 111. n. 5.
Et cæteris præfertur, ib.
An, & quatenus, & quare Judex loci originis, ſeu domicilii delinquentis teneatur eum remittere ad Judicem commiſſi delicti, ib. n. 5.
Judex ſæcularis nullum actum juriſdictionis in Eccleſia exercere poteſt, ib. n. 6.
Quinam Judici Eccleſiaſtico permittatur, ac ſoleat facere in Eccleſia contra reum, ad illam confugientem, ib. n. 7.
Et qua pœna eum debeat punire, ib.
Judex operans cum opinione probabili non peccat neque incurrit excommunicationem, tom. 4. conſ. 112. n. 4.
Judex ſæcularis an teneatur credere aſſertioni cuſtodum animalium Clerici, aut ipſi Clerico, aſſerentibus, ſe eſſe Clericum, & dominum animalium, ib. n. 6. & 8.
Quid ſi ei Judex Eccleſiaſticus id atteſtetur, ib. n. 8.
Judex ſæcularis non prohibetur examinare, an juſtum ſit, quod a judice Eccleſiaſtico petitur, ib.
Et ad quem finem, ib.
Judex Eccleſiaſticus an teneatur oſtendere Judici laico, teſtium depoſitione in matera cenſurarum, ib. n. 14.
Et publicationem proceſſus, ib.
Et non denegare receptiones comparitionum procuratoris, ib.
Judex laicus an poſſit examinare teſtes, vel reum in Eccleſiis, & earum domibus, tom. 1. conſ. 122. n. 4.
Vel facere cadaveris recognitionem, ib.
Quid de recognitione cadaveris in palatiis, vel domibus Cardinalium, ib. n. 1.
Poteſt punire turbatores ſuæ juriſdictionis, licèt non ſint ſui ſubditi, tom. 4. conſ. 127. n. 12.
Præpoſiti, aliive, qui vulgò Dignitates exiſtimantur, an poſſint eligi in Judices ſynodales, & Apoſtolicos, t. 4. conſ. 129. n. 1.
Judex laicus an teneatur exequi ſententiam contra hæreticum abſque exhibitione proceſſus, tom. 4. conſ. 177. n. 7.
In Judice ſynodali quæ requiſita deſiderentur, tom. 4. conſ. 129. num. 1. 2. & 9.
Ejus delectio non fit in Capitulo, ib. n. 8.
Judex non debet eſſe ſuſpectus, vel inimicus, tom. 3. conſ. 125. n. 2.
Ex quibus conſtet de pravo uſu ejus juriſdictionis, ibidem num. 3. & ſeqq.
Idem Judex poteſt declarare, an ad ſe pertineat juriſdictio, tom. 4. conſ. 149. num. 3.
In Judices ſynodales an poſſint eligi Canonici Collegiatæ, tom. 4. conſ. 159. n. 1.
Quid ſi ſint Doctores, & in Cathedrali nullus extaret Doctor idoneus, ib.
Quidve ex conſuetudine, ib. num. 4.
Si non adſint idonei in diœceſi, quid agendum, ib. n. 5.
Quando, ac ubi deputandi, ib.
Judex privatur juriſdictione, qua abutitur, to. 4. conſ. 175. num. 12.
Judex Eccleſiaſticus, & ſæcularis cauſas mixti fori cognoſcere poſſunt, conſ. 2. n. 38. & 58.
Quid in contumacia, ib.
Judex ſæcularis in quibus caſibus cognoſcit de perſona, & rebus Eccleſiaſticis, ib. n. 121.
Coram Judice ſæculari, an poſſit fieri revocatio cenſus Eccleſiaſtici, tom. 5. conſ. 4. a n. 1.
Judex ſæcularis, an poſſit prohibere ſuo actuario abſque incurſu cenſurarum, ne foro Eccleſiaſtico exhibeat revocationem cenſus Eccleſiaſtici, ib. n. 6.
An Judici ſæculari ſuffragetur *cap. Cum Matthæum de hæret.*, ib. num. 6.
Qui actus fieri poſſint a Judice incompetente, tom. 5. conſ. 5. num. 9.
Judex quando, etiam non requiſitus, teneatur impertiri officium ſuum, ib. n. 54.
Judex Eccleſiaſticus nullatenus tolerare debet, quod Princeps ſæcularis protectionis ſpecie irrumpat in territorium Eccleſiaſticum, ſed illum expellere, & arcere tenetur, ib. n. 63.
Judex Eccleſiaſticus pro exequutione ſuæ ſententiæ brachium ſæculare invocat. Quod ſi Judex ſæcularis deneget, poteſt excommunicari, ib. n. 65. & ſeqq.
Judex ſæcularis capiens Clericum, & ad carceres ducens abſque

que Judicis Ecclesiastici scitu, & consensu, an incidat in excommunicationem Bullæ Cœnæ, ib. n. 69. 79. & 87.
Judex sæcularis capiens Clericum cum armis, & ad carceres sæculares conducens, intra quantum temporis spatium debet illud ad Judicem Ecclesiasticum remittere, ib. n. 79.
Judex sæcularis arma Clericis erepta, tenetur eis restituere vel ad Ecclesiasticum Magistratum mittere, ib. n. 82. & 87.
Quando Judex sæcularis possit dare tutorem Clericis, vid. *Clericus*.
Judex Ecclesiasticus tutorem, vel curatorem sibi subditum decernere debet, to. 5. conf. 10. n. 23.
Quid si subditum non deputet, ib.
Judex sæcularis in causis laicorum delinquentium cum Clericis, & conficiens processum an teneatur illum tradere Judici Ecclesiastico, vid. *Episcopus*.
Judex laicus, ejusque ministri, ac satellites nullum sui Officii actum in Ecclesia, ejusque domibus exercere possunt to. 5. conf. 5. n. 25.
An Judex sæcularis possit extrahere ab Ecclesia rem furto sublatam, ib. n. 27.
Quatenus possit exequutionem facere in alieno territorio, ib. num. 35.
Quatenus exercere possit actus jurisdictionis in Ecclesia, ib. num. 41.
Quatenus Judex non imploratus officium suum interponere teneatur, ib. n. 54.
Judex Ecclesiasticus quatenus Judici sæculari officium suum contra Clericum contumacem impertiri debeat, ib. n. 66.
In causis canonizationum Sanctorum, an omninò fieri Sanctissimo debeat relatio deputationis Judicum, & quo pacto illam fuisse factam probetur, to. 5. conf. 23. a n. 1.
Debent observare formam mandati, to. 5. conf. 36. n. 1.
De solemnitate sedendi pro tribunali, ib. n. 2.
A quo Judice puniendus sit qui crimen aliquod committit, tom. 5. conf. 64. num. 1.
Quivis Judex cognocere potest, an sua sit jurisdictio, quoties aliquid objicitur contra illum, ib. n. 2.
Judex Ecclesiasticus potest inhibere Judici sæculari, ne procedat in causa dependente ex causa, quæ oritur coram se, ib. n. 3.
Judex competens in causa præparata, fit etiam incidenter competens in causa præparatoria, ib. n. 4.
Judex quando teneatur restituere expensas condemnatis, to. 5. conf. 66. n. 2. & seqq.
Judex secularis, an possit de facto procedere contra Clericum pro delictis commissis ante Clericatum etiam ad districtionem personalem, to. 9. conf. 17. a n. 1.
Quando Judex laicus possit procedere contra Clericum, ib. num. 1. & seqq.
Quid si assumpserit Clericatum in fraudem, ib. n. 2. & seqq.
Judex Ecclesiasticus potest ob violatam jurisdictionem sine monitione ad excommunicationem procedere, to. 6. conf. 30. num. 18.
Judex laicus, ostensis literis Clericatus a Clerico inquisito debet statim ab ulterius procedendo in causa abstinere, tom. 6. conf. 37. n. 1. & 2.
Quid si prætendatur non habere Clericum requisita S. Concilii Tridentini, ib. n. 2.
Vel si in contumacia Judex laicus procedat, ib. n. 3.
Vel quia resumpsit habitum in fraudem, ib. n. 4.
Vel quia subjacet Judici utramque potestatem habenti, ib. n. 5.
An admittenda declaratio Judicis Ecclesiastici, quod Clericus non gaudeat privilegio fori, ib. n. 6.
Et quid si Clericus renunciaverit beneficio Ecclesiastico, ib. n. 7.
An Judex loci delicti præferatur aliis, t. 6. conf. 94. n. 1. & 2.
Ejus jurisdictio, ib. & n. seqq.
Conciliantur sententiæ, ib. n. 12.
Judex delinquentis qui dicatur, ib. n. 24.
Ejus jurisdictio, ib.
Quomodo procedere possit, ib.
Quid in crimine hæreseos, ib.
Judex ratione contractus, vel delicti quatenus sit competens ib. num. 26.
Judex incompetens, quis, ib.
Judex sæcularis quando teneatur remittere Clericum Judici Ecclesiastico, ib. num. 26.
Quid in crimine capitali, ib. n. 27.
Quidve de crimine, de quo ipse Judex sæcularis cognoscere possit, ib. num. 28.
Quinam Judex Rei, ib. n. 30. & 32.
Et quatenus rei conventi, ib. n. 44. & seqq.
Judex rei ratione privilegii qui dicatur, ib. n. 47.
De milite, scholari, vasallo, Clerico, ib.
An Judex sæcularis possit in aliquibus causis civilibus Clericorum cognoscere, ipsosque Clericos delinquentes civiliter punire, ib. num. 50.
Quæ perpendere debeat in educatione puellarum, tom. 6. conf. 100. n. 2. & seqq.
Quo tempore Judices juramentum præstare teneantur, tom. 7. conf. 6. num. 2.
Non amittentes juramentum, an amittant jurisdictionem, ib.
Licitum est judici Ecclesiastico concedere licentiam bona Ecclesiæ usurpata sequestrandi justis de causis, & quatenus ib. num. 11.
Quæve sint causæ illæ, ib.
Judex inferior, an possit judicare, in sua sit jurisdictio, to. 7. conf. 15. & seqq. & n. 27.
Judex laicus, procedens contra Clericum quatenus sit excommunicatus, vel excommunicandus, to. 7. conf. 31. n. 29.
Quibus in causis possit comprehendere Clericum, t. 7. conf. 32. num. 24. & seqq.
Judex non potest mutare ordinem traditum a jure, tom. 7. conf. 42. num. 5.
Quando ipsi liceat dicere jus in causa propria, t. 7. conf. 44. n. 42.
De incompetentia Judicis sæcularis, qui ratione prætudicii super immunitate Ecclesiastica prius disputandi, processit ad legitimationem processus, tom. 8. conf. 6. n. 8. ac seqq.
An Judices Ecclesiastici possint pro sententiis, & decretis ad forum Ecclesiasticum pertinentibus percipere propinas tom. 8. conf. 17. num. 8.
Si Judex probabiliter erret in facto, & credat se Judicem, cùm verè non sit, procedatque, an teneat processus, to. 8. conf. 40. num. 26.
In emancipatione, qui sit Judex competens, an patris, an verò filii, ib. n. 28.
Constituendus in singulis, ac distinctis locis, t. 8. conf. 79. n. 8.
Territoria singulis Judicibus commissa, ib.
De Judice sæculari, ejusque ministris impedientibus Episcopi vel Inquisitoris sententiam in reos criminis furti pyxidis Eucharistiæ, to. 8. conf. 86. n. 6.
Judex sæcularis, an causam hæresis cognoscere possit, tom. 8. conf. 87. num. 1.
Judex declaratus incompetens non potest amplius resumere suam jurisdictionem, to. 8. conf. 108. n. 7.
Quatenus Judex laicus instituendo processum contra mulierem in causa fornicationis cum Clerico perpetratæ incidat in excommunicationem, to. 9. conf. 1. n. 11.
Judex Ecclesiasticus prohibetur se ingerere in crimine, quod de jure communi punitur pœna capitali, ib. n. 17.
Judex Ecclesiasticus quid obtinere debeat a sæculari potestate circa reos ab Ecclesia extractos, tom. 9. conf. 2. nu. 8.
In reos ad Ecclesiam confugientes, ibique commorantes non possunt proferre sententias capitales, vel corporis afflictivas, to. 9. conf. 2. n. 31. & 32.
Litigare coram Judice suspecto nimis acerbum est, ib. n. 51
Illius recusationem prohibere contra justitiam est, ib.
De suspecto Judice reus dubitare potest, ib.
Consensus in judicio præstitus quatenus possit legitimæ suspicioni prætudicium afferre, ib. n. 59.
Omnia rimari debet, tom. 9. conf. 9. n. 10.
Quomodo se gerere debet in præstanda fide verisimilibus, ib.
Ejus arbitrium in adhibenda fide testibus, ib. n. 12.
Quinam Judices in causis Religionis, & Clericorum, conf 16. a num. 8.
Ad id Concilia, & Patres, ib. n. seqq.
Ad quem Judicem pertineat cognitio delicti excepti a Constitutione Gregoriana, tom. 9. conf. 22. n. 28. & seqq.
Ad quem etiam Judicem spectet cognitio loci, an sit sacer, & religiosus, ib. n. 30.
Potest Judex laicus adire Clericum vulneratus ad eliciendam veritatem, & excipiendam ab ipso querelam contra laicum vulnerantem, tom. 9. conf. 23. a n. 1.
Potest recognoscere vulnera, ib. n. 2. Quid in huiusmodi cognitione observare debeat, ib. & n. 3.
Et quatenus id facere possit, ib. n. 6. & seqq.
Ejus jurisdictio in laicum conventum a Clerico, ib. n. 15.
Quid in delicto commisso contra Clericum, & interveniat sacrilegium, & excommunicatio, ib. n. 15.
Quatenus absolvendus a censuris ad cautelam, ib. n. 16.
In judiciis pœnalibus quid Judex observare debeat, tom. 9. conf. 24. num. 9.
Judex laicus non potest in Ecclesia ullam jurisdictionem exercere, to. 9. conf. 35. n. 4. & 5.
De Judice validitatis pacti censualis, to. 9. conf. 37.
Validitatis matrimonii, & sponsalium, ib.
Qui Judex cognoscat de crimine perjurii, ac vinculo juramenti, ib. De usura, ib. De causa decimarum, ib. De quæstione nativitatis, ib. De causa legitimitatis, ib. Quid de quæstione facti, & quæstione juris, ib. & n. 19.
Ubi frustratio judicii ex Judicis mora, vel absentia, periculo instante, timetur, quisque Judex est, to. 9. conf. 44. n. 8.
Nulla judicibus laicis competit in Clericos jurisdictio, to. 9. conf. 45. num. 1.
Judex laicus quatenus remittere debeat Clericum ad Judicem Ecclesiasticum, ib. n. 3. & seqq.
Judicis Ecclesiastici partes, pendente discussione suæ jurisdictionis in Clericum, ib. n. 16.
Offendens Judicem fit illius subditus, conf. 52. n. 15.
Quantumvis esset exemptus, ib.
Excipitur exemptio, quæ concernit omnimodam incapacitatem, qualis est Judicis laici in Clericum, ib.
Judex laicus non potest perquirere loca Ecclesiæ, & Clericorum, tom. 9. conf. 60. n. 4.
Neque auferre annonam vigore sui edicti, ib.
Neque hac de causa potest comprehendere famulos, colonos ac operarios Clericorum, ib.
Nec potest Judex laicus prohibere Clericis introductiones frumenti, & panis forensis, ib. n. 6.
Ubi plures sunt deputati Judices unus sine alio pronunciare non

non poteſt, tom. 9. conſ. 65. n. 1.
Quod Judex ſit delegatus ex quibus cognoſci poſſit, tom. 9. conſ. 178. num. 8.
Pro Judice ſemper præſumitur, tom. 10. conſ. 6. n. 6.
Judex delegatus, etiam poſt rem judicatam poteſt exequi ſententiam in quantum loquitur, tom. 9. conſ. 19. n. 10.
Quatenus id procedat, ib.
Quatenus dicatur læſa Majeſtas Judicis, conſ. 28. n. 6. & ſeq.
Quando Judex poſſit cognoſcere, an ſua ſit juriſdictio, to. 10. conſ. 83. n. 2.
De recuſatione Judicis Regularis, ſive delegati, ſive Ordinarii, tom. 10. conſ. 83. n. 1.
Quomodo probetur ſuſpicio Judicis delegati, ib.
Ad differentiam Judicis ordinarii non datur adjunctus, ib.
Suſpicio Judicis, ex quo libentius admittenda, ib. n. 2.
Recuſatio Judicis eſt tanquam defenſio de jure naturæ, ib. n. 3.
In hac re praxis Curiarum, ib. n. 4.
Quæ cauſa ſufficiat, ib.
An, & quo in caſu detur privilegium exemptionis a Juriſdictione Judicis, tom. 10. conſ. 93. n. 1.
Quid ſi turbetur in ſua juriſdictione, ib. n. 2.
Quidve ſi turbator diceret, quod fuerit malè tractatus in carceribus, ib. n. 4.
An ſtandum ſit Judicis aſſertioni, quod evenerit caſu neceſſitatis ſubdelegandi abſque alia probatione, tom. 10. conſ. 129. num. 3. & ſeqq.
An Judex ſequi poſſit opinionem minus probabilem, tom. 10. conſ. 136. n. 35.
De Judicibus delegatis, eorumque poteſtate, electione, &c. juxta decreta S. Concilii Tridentini, tom. 10. conſ. 145. a n. 13. & ſeqq. ac n. 21.
Judices in terminandis cauſis brevitati ſtudeant, ib. n. 22. & ſeq.

JUDICIUM, vid. *Imperator*.

Judicium temerarium, tom. 1. conſ. 133. n. 6.
Quando incipiat, tom. 1. conſ. 150. n. 17. & 17.
Judicium eſt actus prudentiæ, tom. 2. conſ. 16. n. 10.
Ejus veritas in quo conſiſtat, ib.
Acta in judicio ſæculari non probant in Eccleſiaſtico, tom. 2. conſ. 53. n. 22.
An poſſit Judex incipere judicium a præcepto, tom. 2. conſ. 65. num. 8.
An, & quo pacto per mortem reorum diſſolvatur, tom. 2. conſ. 66. num. 19. & 20.
Judicia olim quomodo fiebant, tom. 3. conſ. 6. n. 18.
Judicium an debeat eſſe publicum, tom. 4. conſ. 117. a n. 1.
Quid in cauſis ſancti officii Inquiſitionis, ib. & n. 9.
In judicio ſummatiſſimo quid ſufficiat, t. 4. conſ. 210. n. 25.
Judicium Canonum nunquam a laicis uſurpatum in Clericos, tom. 9. conſ. 61. n. 25.
Quale ſit Judicium Canonicum, ib.
Judicium quotuplex, tom. 9. conſ. 65. n. 1.
Quotuplex judicium imperativum, ib.

JUDICIALIA', JUDICIALITER.

Judicialia quæ ſint, t. 1. conſ. 150. n. 17. ac ferè per totam.
Judicialiter quid importet, ib. & n. 26.

JUNIORES.

An juniores, qui cum ſtipendio inſerviunt Eccleſiæ Cathedrali, vel Collegiatæ etiamſi Clerici non ſint, neque Clericalem habitum deferant extra Eccleſiam, gaudeant privilegio fori in criminalibus pro delictis commiſſis, extra proprium munus, ipſamque Eccleſiam, tom. 4. conſ. 120. n. 11. & 12.
Et quid de immunitate reali, ib.
Quidve de jure, vel de conſuetudine, ib. n. 4.
An ſint idem, ac minores Eccleſiæ, ib. n. 4. & ſeqq.
Et in eis ſit conſideranda qualitas ſervitii, ac perpetuitas, ib. n. 11
Non gaudent privilegio Canonis, ib. n. 12.
Quinam, & quomodo gaudeant privilegio fori, ib. & n. ſeq.

JURA.

Jura ſpiritualia quomodo præſerventur, t. 1. conſ. 136. n. 25.
Jura Sedis Apoſtolicæ uſurpans in quas pœnas incurrat, tom. 1. conſ. 162. n. 14.
Quo pacto Jura extrahenda ſint ab Archiviis, tom. 1. conſ. 199. n. 5. & conſ. 210. n. 1.
Eorum exemplatio quomodo facienda, t. 1. conſ. 213. n. 1.

JURAMENTUM, vid. *Teſtes*, *Calumnia*, *Adjuncti*, *Conjudices*, *Judex*, *Officium Inquiſitionis*, *Examen*, *Epiſcopus*.

Juramentum quatenus obliget, t. 1. conſ. 111. n. 12. & ſeq.
An proroget forum Eccleſiaſticum, t. 1. tota conſ. 154.
An poſſit irritari a poteſtate ſæculari, ibid.
Non tenet, quando eſt cauſa peccati, ib. n. 11. & 12.
Ejus cauſa ad quem judicem pertineat, ib. n. 15. & ſeq.
Item obſervatio, & exequutio, ib. n. 19.
Quando illicitum, ib. n. 21.
An, ſi lex annullet actum, & juramentum, valeat nihilominus juramentum, ibid. n. 2. & ſeq.
Lex civilis an poſſit aliquid de eo diſponere, ib. n. 28.
Ei cedit ordo politici regiminis, ib. n. 29.
Eſt perſonale, ſolviturque morte jurantis, ib. n. 31.
An tranſeat ad hæredes, ib.
Quando teſtibus exhibendum, tom. 1. conſ. 217. n. 1.
Quot defectus ſuppleat, tom. 1. conſ. 228. num. 6.
Differentia inter juramentum, & ſimplicem loquelam, to. 2. conſ. 29. n. 7.
Juramentum homagii an præſtandum Domino criminalem juriſdictionem habenti, tom. 2. conſ. 31. n. 4.
Per iracundiam emiſſum non adſtringit, t. 2. conſ. 38. n. 8.
An præſtari poſſit Eccleſiaſticis a Judice laico, t. 3. conſ. 58. n. 4.
Juramentum fidelitatis quomodo inteligendum, tom. 2. conſ. 56. n. 33.
In omni Juramento prior Dominus excipi debet, ib. n. 34.
Juramentum obedientiæ eſt ſignum ſubjectionis, t. 4. conſ. 26. num. 19.
Quænam sit quæstio juris, quænam facti, ib. num. 19.
Quænam quæstio præventivè spectet etiam ad Judicem laicum in foro suo inter laicos, ib.
In quibus quæstionibus facti Judex laicus est competens, ibidem.

QUARTA FUNERALIS.

An, & quatenus Regulares teneantur solvere Parochis quartam, quæ funeralium dicitur, tom. 9. conf. 145. a num. 1.
Quinam regulares non teneantur ad quartam funeralem, ib. num. 1.
Sunt manutenendi in possessione, qui ex immemorabili exigunt dimidiam partem ceræ, quæ in funeralibus apponitur, dum cadavera tumulantuur in Ecclesiis Regularium, ibid.
Privilegia Apostolica, Regularibus concessa, quibus eorum Religiones a solutione hujusmodi quartæ sunt exemptæ, ib. n. 2. & seqq.
Quid de jure communi, ac dispositione Concilii Tridentini, ibid. num. 6.
Quidve de Constitutione Bonifacii IX. ib. n. 7.
Quidve de aliis Constitutionibus, ib.
Quid de consuetudine pro parochis, ib. n. 9. & seq.
An in hac re fieri possint conventiones, ib. n. 11.
Quid de statuto Cleri Romani, ib. n. 13.
De quarta funeralium non facta, ib. num. 15.
Actio ad funeralia cui competat, ib. n. 16. & 19.
Quo pacto funeralia dividenda inter Ecclesias, ibid. n. 17. & seq.
Quid de quarta funeralium extra Urbem, ibid. n. 20.
Cui debeatur quarta funeralis, tom. 9. consult. 169. nu. 17. & seq.
An debeatur habenti curam actualem, an verò habitualem, ib. & n. seq.

QUINQUENNIUM, vid. *Professio*.

QUÆSTORES.

An Fratres Sanctissimæ Trinitatis captivorum comprehendantur in decreto Sacri Concilii Tridentini super eleemosynis quærendis, tomo 8. consultatio 12. a numer. 1. & 8.
Pravi eleemosynarum quæstores sublati, ib.
Quid de Religiosis mendicantibus. ibid. & num. 2. ac seq. & numer. 18.
Coercentur, ibid. n. 5.
Quæstorum impostoræ, ibid. n. 9. & seq.
Castigati, ibid.
Facultates quærendi eleemosynas, ib. num. 13.
Cum quibus conditionibus, ibidem numer. seq. ac num. 16. & seq.
Remedia in eorum fraudes, ib. num. 15.
De Regularibus quærentibus eleemosynas pro Conventibus sitis in aliena diœcesi, ib. n. 19.
Quid si pauperes se simulent, ib. n. 20.
De quærentibus pro se, ib. num. 21.
De Confraternitatibus, aliisve locis piis, ib. n. 22.
A quibus puniendi, ibid. n. 23.

QUÆSTUATIO, vid. *Confraternitas*.

Non prohibetur quæstuatio, sed questuantium prædicatio, tom. 4. conf. 202. num. 22.
In hoc ordinarium munus, ib.
Quæstuatio præcipuè pro animabus purgatorii an liceat sine licentia Episcopi, tom. 10. consult. 9. num. 1. & seq. ac num. 15. & seq. ac numer. 17.
Quonam jure quæstuandi facultas competat, ib. n. 2.
Quid si Sacra Congregatio Concilii, vel super Episcopis, & Regularibus non jubeat, quod Episcopus licentiam concedat, sed ex mera benignitate mandat, quod Confraternitas illi preces porrigat, ibid. num. 3.
Quid si ab Episcopo fuerit facultas ex gratia concessa, ib. num. 4.
Sique concessa sit cum clausula salvis juribus, ibid. n. 5.
Sitque concessa ad aliquot menses, ibid.
Confraternitatibus prohibitum est quæstuare sine licentia Episcopi, ib. n. 16.
Quid de quæstuantibus extra Ecclesiam, & intra Ecclesiam, ib. num. 18.
Quidve de pauperibus, ib. n. 19.
Quidve quoad animas Purgatorii, ib. n. 17. ac 19.

QUALITAS, QUALIFICANDUS.

Deficiente qualitate pro explicatione actus necessaria, deficit etiam obligatio exercendi actum, tom. 4. consult. 28. num. 20.
Quando qualitas est causa, ut quis aliquid obtineat, est precisè probanda, tom. 4. conf. 36. num. 28.
Qualitas quomodo probetur, tom. 4. conf. 42. n. 3.
In iis, quæ pendent a nostra voluntate paratus ad aliquem actum sive aliquam qualitatem, similis est habenti talem vel talem qualitatem, tom. 7. conf. 2. n. 24.
Proximè qualificandus habetur pro qualificato, ib.
Qualitas superveniens rei, vel personæ efficit ut depositio antiqua cesset in illa re, vel persona, tom. 7. consult. 8. num. 14.
Per reductionem ad statum sæcularem, an extinguantur primævæ qualitates Abbatiarum, Ecclesiarum, locorum, &c. tom. 7. conf. 73. a num. 1.

QUARTA FUNERALIS, & LEGATORUM.

Quæ dicatur quarta funeralis, tom. 4. consult. 205. n. 32.
An diversa a jure sepulturæ, tom. 4. conf. 208. a n. 18.
Quinam illam solvere teneantur, ib. num. 22. ac seq. conf. 225. num. 2.
Et ex quibus, ib. n. 23. & conf. 225. n. 3.
An parochi possint a Regularibus, præsertim Urbis, nomine quartæ funeralis exigere medietatem omnium ac singulorum, quæ in funere, ejusque occasione deferuntur, offerunturque, tom. 4. conf. 215. a num. 1.
Est diversa juxta diversitatem Regionum, ib. num. 4.
Cur consueverit appellari quarta, ib.

Sententia in hac re pro Parochis Urbis contra Regulares, ibid. num. 5.
Ejuſque confirmatio, ib. num. 7.
Quid de intorticeis, & candelis, quæ in ipſo funeris tempore apponi ſolent atque accendi in altaribus, ib. n. 8. ac ſeq. ac n. 16. & ſeq.
Quidve de inſignibus, aliiſque rebus, ibid. n. 12. cum ſeq.
Poteſt ex conſuetudine augeri, vel minui, ib. n. 10.
Et ut de certis rebus præſtetur non autem de aliis, ib.
An requiratur præſcriptio, ib.
Quid ſi fuerit notorium, ib.
In hac re proceditur ſummariè, ib.
Non eſt recedendum ab obſervatione, ib.
Quid ſi variè ſint conſuetudines, vel de illis dubitetur, ibidem.
An debeatur de intorceis, ac cereis, quæ ab ipſa Eccleſia, vel Confraternitatibus dantur pro aſſociatione cadaveris, ib. n. 11. & 20.
An debeatur a parochiali aliis Eccleſiis non parochialibus, tom. 4. conſ. 217. num. 2.
Quarta omnium obventionum Parochis ſolvenda, tom. 1. conſult. 52. a num. 3. & 8. & tom. 4. conſultat. 225. a num. 2.
Non poteſt ei præjudicium inferri, ib. num. 5. ac ſeq.
Neque per conſuetudinem, neque per præſcriptionem, ib. num. 6.
Ejus denegatio Parochis damnum infert, ib. n. 7.
Eſt de jure Canonico, ib.
Non eſt ſublata per privilegia Regularium, ibid. n. 8.
Obſervatio Romana in hac re, ib. n. 9.
Deciſiones Rotæ infirmantur, ac diluuntur, ib. n. 20.
Provenit ex jure miniſtrandi Sacramenta, tom. 1. conſ. 145. num. 1.
An, & quatenus debeatur a monaſteriis Monialium, to. 1. conſult. 183. num. 1.
A monaſteriis monialium quatenus ſolvenda, tom. 7. conſ. 70. a num. 1.
De jure communi ad quos ſpectet, ib. n. 2.
An debeatur a Regularibus, ib. & num. 3. & tom. 3. conſ. 3. num. 4. & ſeq.
Quæ monaſteria ſint exempta, ib. n. 6.
Quatenus quarta legatorum debeatur parochiali, tom. 8. n. 1.
Et de quibus rebus, ib. num. 2.
Quid de legatis promiſſis, ib. n. 3.

R

RADICES.

Radices præbent ſufficiens alimentum, tom. 4. conſult. 43. num. 54.
Qui eis dumtaxat veſci conſueverint, ib.

RAPTOR.

Raptor an gaudeat immunitate Eccleſiæ, tom. 1. conſ. 178. num. 6.

RAPTUS MYSTICUS.

De raptu myſtico, tom. 8. conſ. 151. a n. 1. & ſeq.
Quotuplex, ib.
De ejus cauſa, ib.
Quomodo diſtinguatur, ib.
Ejus diviſio, ſubjectum, duratio, effectus, ib.
Quomodo dignoſcatur eſſe naturalis, dœmoniacus, divinus, ibidem.
De ejus probatione, & examine, ib.
Ubi id genus alia pro Servorum Dei ſolemni canonizatione.

RAPTUS.

An qui vim non infert, ſed puellam precibus extrahit è domo parentum, iis invitis, ut in uxorem ducat, dicatur raptum committere, itaut matrimonium ſit irritum, t. 5. conſ. 80. a n. 1.
Inter raptam, & raptorem quatenus matrimonium contrahi nequeat, ib.
Pœnæ in raptores, ib.
Quid ſi rapta poſita ſit in libertate, ib. n. 2.
Et mulier liberè conſentiat nubere raptori, ib.
Quid de raptu mulieris inhoneſtæ, ib.
Quas pœnas incurrat recipiens in ſuam ſponſam conſentientem, invitis parentibus, ib. n. 3. & ſeq.
Parentibus invitis, ac repugnantibus, an dicatur raptus, ib. n. 4. & ſeq.
Matrimonio ſubſequuto non dicitur commiſſus raptus, ibid. num. 5.
Raptus an ſit miſti fori, tom. 5. conſ. 31. n. 42.

RATA.

Pro qua rata teneantur Eccleſiaſtici ad contribuendum communibus neceſſitatibus, tom. 9. conſ. 81. n. 59. & ſeq.

RATIFICATIO, *ſeu* RATIHABITIO.

Quatenus ratificatio promiſſa, & non ſequuta, irritet actum, tom. 2. conſ. 48. num. 1.
Ratificatio ex quibus ſufficienter probetur, to. 1. conſ. 135. num. 3.
Etiam quoad pœnam ordinariam, ib.
Homicidii, ib. n. 10.
Ad effectum relaxandi cenſuras, ib.
In criminalibus ut inducatur quid ſit neceſſarium, ib. n. 13.
Ratificatio moralis quando, ac ubi requiratur, tom. 1. conſ. 146. num. 22. & ſeq.
Etiam in delictis æquiparatur mandato, t. 1. conſ. 170. n. 5.
Ex quibus reſultet, ib. num. 6.
Ratihabitio quando operetur, tom. 1. conſ. 146. num. 28.
In quo actu cadat, tom. 4. conſ. 79. num. 18.
Quæ ſolemnitas in ea requiratur, ib.
Quæve notitia, ib.
Quid in ipſa intelligatur, ibid.
Quando ejus probatio cenſeatur impoſſibilis, ib.
Ratificatio actus ex quibus præſumatur, tom. 7. conſult. 77. num. 7.
Per quos actus probetur, ib. & num. 15.
Ex taciturnitate, ibid.
Ratificatio non modo verbis, ſed etiam factis inducitur, t. 9. conſ. 73. n. 19.

RATIO.

Ratio finalis, ejuſque extenſio, tom. 3. conſ. 15. n. 58.
Ratio legis, ib. n. 59.
Ratio eſt lex communis ad omnes caſus, tom. 1. conſult. 24. num. 6.
Ex ejus identitate oritur comprehenſio legis, ib.
Et extenſio, tom. 1. conſ. 68. n. 24. & ſeq.
Ejus virtus, tom. 1. conſ. 111. n. 35. & conſ. 155. n. 5.

RECEPTATOR, vid. *Aſſaſſinium.*

RECLAMATIO, vid. *Novitia, Profeſſio, Nutus.*

RECONDUCTIO.

Reconductio tacita domus pro quo tempore intelligatur, t. 1. conſ. 150. num. 8.
An cenſeatur facta cum iiſdem pactis, ib. num. 9.

RECOGNITIO, vid. *Cadaver.*

RECONCILIATIO, vid. *Proditio.*

De inimico reconciliato, tom. 9. conſ. 18. n. 25. & ſeqq.
Ex quibus inducatur, ib. n. 26.

RECONVENTIO, *Reconventus.*

An, & quatenus Clericus, pulſans laicum apud Judicem laicum, a laico pulſato reconventus in eodem judicio, teneatur apud eundem Judicem laicum reſpondere, tom. 3. conſ. 36. n. 1.
An hæc reconventio permittatur tàm in principio litis, quàm poſt litis conteſtationem, vel per totum curſum judicii, an etiam poſt ſententiam, ib. n. 20.
Et quis exequi debeat decretum, a Judice laico emiſſum, contra Clericum reconventum, ib. n. 24.
An id receptum in jure Cononico, ib. n. 2.
Ac in praxi, ib. ac ſeq. & n. 4.
Quomodo locum habeat reconventio, ib. n. 3.
Limitationes variæ, ib. a n. 4.
Non habet locum in criminalibus, ibid.
Et quare, ib.
Quid ſi pro crimine agatur civiliter, ib.
Neque locum habet in rebus ſpiritualibus, vel eis annexis, ibid. num. 5.
Nec alibi, niſi reconveniatur nomine proprio Clericus, agens nomine proprio, ib. num. 6.
Clericus agens nomine Eccleſiæ non poteſt conveniri nomine proprio, ib.
Neque contra, ib.
Reconventio facta coram Judice feudi non habet locum, niſi cauſa reconventionis ſit feudalis, ib. n. 7.
Minuſque habet locum, quando Clericus convenit laicum coram Judice laico ſuper expoliatione poſſeſſionum Eccleſiaſticarum, ſi in fraudem laicus expoliavit, ibid. num. 8.
Neque in iis caſibus, in quibus locum non haberet contra actorem laicum, ib. num. 9.
Neque ubi conſuetudine indutum eſt, ut reconventio Clerici non fiat ſub eodem Judice, ſed tantùm ſub Eccleſiaſtico, ib. n. 10.
Neque ubi intervenit fraus, non ſolùm ex parte rei convenientis, ſed etiam ex parte Clerici actoris, ibid. n. 11.
Neque in cauſa appellationis, ib. n. 12.
Neque coram arbitro, ib. n. 13.
Neque in agente pro depoſito, ib. n. 14.
Neque ſi reus conventus eſſet excommunicatus vitandus, ib. num. 15.
Neque ſi fiat de re, quæ non habet connexionem cum petitione, ib. n. 16.
Ampliatur, ut locum habeat etiamſi Clericus vellet a ſua petitione deſiſtere, ib. num. 17.
Ut locum habeat, etiam coram Judice delegato ad inſtantiam actoris, vel utriuſque partis, ſecus ad inſtantiam rei, ib. num. 18.
Et tàm in judiciis ordinariis, quàm ſummariis, ibid. n. 19.
Quando facienda, num ſcilicet ante litis conteſtationem, ib. num. 20. ac ſeq.
Anve poſt, ib.
Debet fieri incontinenti, ib. n. 23.
Cur aliquando admittatur in quacumque parte Judicii, ib.
Praxis exequendi ſententiam latama Judice laico in Clericum reconventum, ib. n. 25.
Quale jus in cauſa reconventionis Clerici ſit attendendum, ib. num. 26.

Ad quem Judicem in cauſa reconventionis appellare Clericus teneatur, ib.
Cur, & in qua cauſa fieri poſſit a laico contra Clericum coram Judice laico, tom. 9. conſ. 23. n. 15
Cauſa reconventionis eſt annexa cum cauſa conventionis ib.

RECTOR.

Rectores Eccleſiarum non poſſunt illis præjudicium inferre, to. 1. cons. 90. n. 6.
Poſſunt nullitatem actorum allegare, ib.
Rectores Eccleſiarum in propris Eccleſiis dicuntur eſſe in propria domo, tom. 3. cons. 18. n. 14.
Et in ea ſunt Reges, ac Imperatores, ib.
An, & quatenus ad beneficium nominare poſſit ſeipſum, tom. 10. cons. 54. n. 9.
Rector Eccleſiæ parochialis ad quæ onera teneatur, tom. 10. cons. 126. a n. 7.

RECUPERARE, vid. *Tribuere*, *Reſtitutio*.

RECURSUS, vid. *Abſolutio*.

Recurſus ad Judices laicos in re Eccleſiaſtica prohibitus, tom. 2. cons. 72. num. 7.
Pœnæ contra ita recurrentes, ib.
Etiam ſi recurſus factus ſit a laicis, ib.
Et cauſam proſequantur in S. Congregatione, ib.
Quid ſi agatur de decima feudali, ib.
An novis pœnis coercendus, ib.
Ubi S. Congregationis cenſura.
Recurſus ad Judices ſæculares contra Clericos quando ſit licitus, tom. 5. cons. 2. num. 23.
Quando contra recurrentes ſit locus cenſuris, ib.
Pro recurſu habito ad Judices laicos quid requiratur, ib. numer. 21. & ſeqq.
Recurſus a Curia Eccleſiaſtica ad Judices laicos quomodò purgetur, ib. num. 130.
Recurſus habitus ad Tribunalia laica in materia juriſdictionis, libertatis, ac immunitatis Eccleſiaſticæ quomodo puniendus, tom. 9. cons. 32. a num. 1.
Quomodo a cenſuris ob id incurſis dari debeat abſolutio, ibidem & num. 2. ac 3.
Quomodo probetur recurſus in cauſis Eccleſiaſticis ad Judices laicos ut incurrantur cenſuræ, tom. 9. cons. 33. a n. 1.
Quidve ſufficiat, ib. n. 1.
Firmato recurſu ad Judices laicos ipſo jure quis excommunicatur, ib. num. 4.
Recta quacunque conſuetudine contraria, ib. & reſarcitis omnibus damnis, ib. num. 5.
Recurſus, ac omnes actus geſti apud Judices laicos ſunt prorſus invalidi, ac irriti, manifeſtamque juriſdictionis, immunitatis, ac libertatis Eccleſiaſticæ violationem continent, ib. n. 6.
Pœnæ in recurrentes, ib. & n. 5.
Etiam in Regulares, ib. & n. ſeq.
Recurſus Regulariurn, aliorumve ad Judices laicos quomodò probetur, tom. 10. cons. 53. n. 19.
Et quibus probetur, tom. 10. conſult. 81. num. 4. & ſeqq. & cons. 110. num. 27.
Quid ſi fuerit habitus pro tuenda juſtitia poſſeſſionis, ac pro removendis violentiis, ib.
An inducat privationem ipſo jure, ib. n. 28.

RECUSATIO.

Recuſationis Judicis cauſæ, to. 1 cons. 85. n. 3. & 7.
An debeat aſſignari in ſcriptis, ib. n. 5.
Æquiparatur appellationi, ib. ac n. 1. & 7.
Poſt recuſationem ſententia lata eſt nulla, ib. n. 8.
Ea pendente ceſſat judicium, ib.
An poſſit prohiberi per Superiores Regularium, ib.
Quis eam prohibere poſſit, ib.
Quæ cauſa ſufficiat ad illam allegandam, ib. n. 10.
An, & quatenus, & quinam recuſari poſſit a Regularibus ab aliis Judex Commiſſarius, Viſitator, t. 4. cons. 151. n. 1. & ſeq.
Cauſæ, mos, finis, praxis recuſationis, ib.
Judex ordinarius quo jure, & ex qua cauſa recuſari poſſit, ib. n. 1.
Quid apud Regulares, ib. & n. 2. ac ſeq.
Quid ſi cauſa recuſationis ſit dubia, ib. n. 5.
Quatenus permittenda, ib. n. 6.
Quid recuſatio Judicis ſuſpecti, ib.
Quis dicatur Judex ſuſpectus quoad recuſationem, ib. n. 7.
Quænam ſint ſuſpiciones, quibus reiiciuntur Judex, Commiſſarius, Viſitator, ib. n. 8.
Ominis cauſa ſufficiens ad removendum procuratorem, vel arbitrum, eſt ſufficiens ad recuſandum Judicem, ſive delegatum, ſive ordinatum, ib. n. 12.
Poteſt recuſari Judex conſangineus, & affinis adverſarii, ibidem, num. 11.
Et uſque ad quot gradus, ib.
Judex ex leviori ſuſpicione recuſatur, quàm teſtis, ib. n. 12.
Poteſt recuſari domeſticus, aut familiaris, ſi fuerit adverſarius Judicis, vel è contra, ib. n. 13.
Sine recuſatione, & in privatis negotiis pater filium, & filius patrem Judicem habere poteſt, ib. n. 15.
Recuſari poteſt Judex, ſi adverſarii dominus ſit, ib. n. 16.
Quid de Domino territorii reſpectu ſui ſubditi, ib. n. 17.
Poteſt item recuſari Judex ſocius adverſarii, ut ſi Judex, & Adverſarius ſint Canonici, vel ejuſdem Collegii, ib. n. 18.
Si Judex ſit oriundus ex eadem patria, cuius eſt adverſarius, ib. num. 19.
Et quatenus id procedat, ib. ac n. 20.
Si Judex ſit ſuffragenus adverſarii, ib. n. 21.
Et id quomodo intelligatur, ib.
Si Judex ſimilem cauſam ei, quam adverſarius movet, habeat, ib. num. 22.
Idque explicatur, ib. n. 23.
Qui pro adverſario fuit advocatus, Aſſeſſor, vel procurator in ea cauſa, vel ſi conſultor eiuſdem fuerit, aut ſolicitator, ib. n. 24.
Idem ſi fuiſſet conſultus ſaltem in eadem cauſa, & propalaſſet votum ſuum, ib.
Si curaverit Judex ſibi cauſam committi, ib. n. 25.
Maximè ſi adverſarius eum nominatim dari Judicem petierit ibidem.
Si Judex in ea cauſa pro adverſario fuerit fidejuſſor, ib. num. 26.
Si inimicitiæ præceſſerint cum Judice, ib. n. 27.
Quid ad hoc requiratur, ib.
Et an ex qualibet inimicitia recuſari poſſit, ib.
Sufficitque quod olim fuerit inimicus, licèt nunc reconciliatus, ib. num. 28.
Vel quod ſit inimicus domini mei, ib. n. 29
Vel ſi Judex magis ſit favorabilis uni partium, quàm alteri, ib. num. 30.
Et quid in hoc caſu fieri ſoleat, ib.
Si Judex ſit in cauſa, vel ſuorum, ib. n. 31.
Si Judex ab altera partium pretium, vel pecuniam receperit, vel hæres ſit inſtitutus, ib. n. 32.
Ubi quid licitum ſit accipere.
Si timeat alteram partem, ib. n. 33.
Si fuerit teſtis in eadem cauſa, ib. n. 34.
Si fuerit ab eo ritè appellatus in illa, vel alia cauſa, ib. num. 3.
Recuſatio a quibus proponi debeat, ib. n. 36. & quando, n. 37.
Quomodo cauſæ recuſationis edi debeant, ib. n. 38.
Recuſari poſſunt omnes cuiuſcumque ſint generis Judices, ſive ordinarii, ſive delegati, ſive arbitri, ib. n. 39.
Immò & is, quem ſibi quis elegit, ſi ſuſpectus poſtea reddatur, ib. n. 39.
An in examine faciendo a Collegio, & Academia unius ſcolaris doctor, qui ſuſpectus dicitur ſcholaſtico, reijci poſſit, ib.
Totum Conſiſtorium, & regia Civitas Principis recuſari poteſt, ſi caput illius Princeps ſit ſuſpectus ratione odii, vel aliter, ib. num. 40.
Qid de Concilio generali, ib. n. 41. & 45.
A quibus poſt eorum ſententiam licet provocare, eoſdem licet recuſatione rejicere, ib. n. 42.
Favorabilior recuſatio, ubi appellatio denegatur, ib.
Præcipua contra Judicium improbitatem remedia, appellatio poſt judicium recuſatio ante judicium, ib.
Finis recuſationis Judicum qualis, ib. n. 43.
Rationes recuſationis, ib. n. 44.
An judex ordinarius Regularium poſſit ex juſta cauſa recuſari, ib. num. 45
Etiamſi procedat cum Aſſeſſore, ib.
Quando ſuperior eſt ſuſpectus, ſunt quoque ſuſpecti omnes inferiores miniſtri, etiamſi ab ipſo non dependeant, ſed a majoribus ſuperioribus, ib. n. 45.
Quid de Senatu, ac Gubernatore, ib.
Quidve de Aſſeſſore, ib. n. 46. & n. ſeq.
Quid ſi apud Regulares extet ſtatutum de non recuſando Judicem ordinarium, ib. n. 48. & ſeq.
Quid de Judice procedente cum Aſſeſſore, ib. n. 50.
De jure communi quando Judex recuſari debeat, ibid. n. 54. & ſeqq.
Si Judices ſint plures ſimul judicatur, & aliquis recuſatur, non poteſt qui non recuſatur cognoſcere de cauſa recuſationis, ib. num. 66. & ſeqq.
Is, qui delegatus eſt in ſpeciali poteſt cognoſcere de cauſa recuſationis, ib. n. 68.
Quid de viſitatoribus Regularium, ib. n. 69. & ſeq. ac. num. 81. ac ſeq. & num. 87.
Exiſtentibus pluribus Judicibus, qui tantùm ſimul poſſunt judicare, & aliquis eorum recuſatur, non poſſunt alii eligi in arbitros, ib. num. 71.
Arbiter poteſt recuſari ut ſuſpectus, ib. n. 72.
Cauſa recuſationis ubi cognoſci debeat, ib. n. 73.
Ad quem pertineat cogere arbitrum, ut procedat, ib. n. 74.
Cauſa recuſationis ad quem ſpectet, ib. n. 73.
Quid ſi fiat delegatio pluribus Judicibus, omnibus, & ſingulis, itaut ſingulis ſint Judices in ſolidum, ib. n. 76. & ſeq.
De jure Canonico recuſatio quatenus admittatur, ib. n. 88. & ſeq.
Quando recuſatio deneganda, ib. n. 88.
Exceptio ſuſpicionis quomodo differat ab exceptione incompetentiæ, ib. n. 89.
Quatenus ſuſpicionis cauſa coram arbitris probari debeat, ib. numer. 90.
Frivolæ recuſationi non eſt deferendum, ib. n. 91.
Praxis, ib. & ſeq.
Poſt allegatam ſuſpicionem, quidquid a Judice fit, eſt attenta-

tentatum, ib. n. 95. & seq.
Materia recusationis est favorabilis, to. 9. conf. 164. n. 7.
Ex quibus suspicionibus Episcopus recusari possit, tom. 10. conf. 4. a num. 1.
Episcopus, & Archiepiscopus recusari possunt, ib. n. 2.
De recusatione Judicis Regularis, sive delegati, sive ordinarii, t. 10. n cos. 83. a n. 1.
REDDITIO, vid. *Episcopus*, *Suspectus*.
An redditioni rationum reddituum, non pertinentium ad Ecclesiam, sed ad beneficiatos, interesse debeat aliquis Canonicus, tom. 4. conf. 159. a n. 1.
Ad quem pertineat, ib. n. 1.
Negotiorum gestores cuinam teneantur reddere rationem, ib.
Quid si redditus convertendi sint in usum Ecclesiæ, ib.
REDEMPTIO, vid. *Alienatio*.
Redemptionis captivorum gratia res Ecclesiæ possunt, ac debent alienari, tom. 4. conf. 3 n. 2. ac. seq.
Ejus favor, ib. & conf. 75 n. 14.
An oblationes oblatas Confraternitati Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum intuitu Redemptionis, convertere ipsa possit in aliud opus pium, tom. 10. conf. 52. a n. 1.
Ordo hujusmodi quando, a quo, & quibus privilegiis institutus, atque auctus, ib.
Ejus præcipuum institutum, ib.
Facultates, quas habet quærendi, & accipiendi eleemosynas, ib. num. 2. & seq.
Confraternitates hujus Ordinis plurimæ, ib. n. 4.
Cum qua clausula aggregantur, ib. n. 5.
Earum commodum spirituale, ib. n. 6.
REDINTEGRATIO. vid. *Suspensio*.
Redintegrationis natura, to. 9. conf. 159. n. 15.
REDUCTIO.
Reductio censuum, aliorumque reddituum, per magistratus sæculares facta, non afficit Ecclesiasticos, to. 1 conf. 495. n. 1.
REFERENDARII.
Referendariorum utriusque signaturæ familiares an gaudeant privilegio fori, to. 2 conf. 51. n. 4. & 8.
REFORMATI, REFORMATIO.
Fratres novi conventus Reformatorum Sancti Francisci an, & quatenus accedentes ad processiones publicas, aut privatas separatim a Fratribus antiqui Conventus S. Francisci de observantia, debeant incedere in loco juxta antiquitatem Conventus Fratrum de observantia, to. 4. conf. 19. n. 1.
Quomodo constituant proprium corpus, ib. n. 2.
Eorum ordo an idem cum ordine Fratrum de observantia, ib. numer. 2.
Gaudent omnibus privilegiis, quæ competunt Ordini Fratrum de observantia, ib. n. 2.
Quatenus habere possint præcedentiam debitam Fratribus de observantia, ib. n. 4. & seq. ac n. 14. *cum aliis*.
An possint erigere propriam Crucem, ib. n. 8.
Reformatio non tollit entitatem ejusdem Ordinis, ib. nu. 13.
De præcedentia inter Reformatos, ib. n. 23.
Et inter Reformatos, & observantes, ib. n. 26.
Reformatio, & Correctio an sit idem, to. 10. conf. 153. n. 7.
REGALIA.
Regalia quo pacto præscribantur, to. 1. conf. 52. n. 17.
Ad quos pertineant, to. 3. conf. 58. n. 15.
Ea usurpans incidit in crimen læsæ Majestatis, ib.
An Baro, sive Princeps, qui habet novas ac diversas Baronias in diversis diœcesibus sive Principatibus accessorias, sive non, pro quibus Barones fuerunt soliti solvere Regalias, teneatur pro dictis Baroniis Episcopis, in quorum Diœcesibus illas habet, regalia solvere, to. 7. conf. 42. a nu. 1.
Cur detur, ib.
Et quid sit, ib. n. 2.
REGIUS ASSENSUS.
In impositione collectæ quatenus requiratur, tom. 2. conf. 48. nu. 1. & seq.
Quid in Regno Neapolitano, ib. n. 3.
REGES, REGINA. vid. *Immunitas*.
An habere possit locum intra præsbyterium, to. 3. conf. 3. n. 6.
Quomodo thus ipsi exhibendum, ib.
Reginæ Viduæ privilegium, to. 3. conf. 24. n. 3.
REGNICOLÆ, vid. *Recursus*.
In Regnicolas calumnia deleta, to. 9. conf. 43. n. 69.
REGNUM.
Regnum utriusque Siciliæ est patrimonium Sancti Petri, & Sedis Apostolicæ, to. 2. conf. 48. n. 2.
Nullo modo subest Imperio, ib.
Regnum cur constitutum, to. 3. conf. 15. n. 3.
Regna, gentes, dominia quo jure distincta, to. 9. conf. 67. n. 158.
REGULA, vid. *Reservatio*.
Quartæ Regulæ Cancelariæ praxis, to. 1. conf. 6. n. 3.
Decimæ tertiæ adnotatio, to. 1. conf. 80. n. 13.
Nulla est regula sine exceptione, to. 1. conf. 54. n. 30.
Regula quando non valeat, ib.
Per exceptionem vitiatur, ib. n. 31.
Ipsi adhærendum, donec contrarium probetur, tom. 1. conf. 98. num. 21.
Transfert onus Probationis alleganti limitationem, ib.
Regula, quòd actor sequatur forum rei, quando procedat, to. 1. conf. 150. num. 29.
Regula de idiomate explicatur, to. 4. cons. 3. n. 14.
Qui habet pro se regulam, dicitur habere juris præsumptionem, tom. 2. conf. 36. n. 2. & conf. 38. n. 16. ejusdem to.
Qui allegat limitationem Regulæ resultantem a certa qualitate, debet eam concludenter probare, ib.
Sola professio Regulæ approbatæ cum emissione votorum sufficit ad probationem status Regularis, to. 4. conf. 74. num. 1.
Regula, *Non ponitur affectus, nisi sequatur effectus*, quomodo intelligenda, to. 9 conf. 43. n. 8.
Regula de jure quæsito non tollendo quando locum habeat, to. 10. conf. 6. n. 4.
Jus casuale an cadere possit sub hac regula, ib.
Quid de jure conditionali, ib.
Hæc regula quænam jura præservet, ib. n. 5.
De iuris quæsiti non tollendo, quid necessarium sit, ib. n. 29.
Ut huic regulæ derogetur, quid necessarium sit, ib. n. 29.
REGULARES, vid. *Minores*, *Professio*, *Parochi*, *Capitulum*, *Moniales*, *Ecclesia*, *Monachi*, *Mercatura*, *Negotiatio*, *Aromataria*, *Missionarii*, *Defunctus*, *Crux*, *Monetarius*, *Recusatio*, *Recursus*, *Ecclesiastici*, *Concursus*, *Fructus*, *Quarta*, *Funeralis*, *Interdictum*, *Hospitium*, *Ejectio*, *Alienatio*, *Episcopus*, *Filiatio*, *Conventus*, *Cappellania*, *Reliquiæ*, *Cardinales*, *Præcedentia*, *Examen*, *Transitus*, *Religiosus*, *Conservatores*, *Episcopatus*, *Habitus*, *Suspensio*, *Bona*, *Abbas*, *Nuncius Apostolicus*, *Scandalum*, *Appellatio*, *Apostata*.
Regulares renunciantes suis priuilegiis an incurrant aliquam pœnam tom. 1. conf. 5. n. 1.
An, qui literas latinas nesciunt, possint Regulam suæ Religionis e latino in vulgarem sermonem reddere, tom. 1. conf. 12. a num. 1.
Debent intelligere omnia, quæ in Regula continentur, ib.
Quomodo teneantur suis Superioribus obedire, ib.
Eorum partes erga Regulæ intelligentiam, ib.
Possunt transire ad strictiorem Religionem, tom. 1. conf. 39. num. 3.
Ut possint transire, quid requiratur, ib. n. 4. & 14.
Nequeunt degere extra claustra in habitu presbyteri sæcularis, to. 1. conf. 44. nu. 25.
Sunt tantummodo coadjutores parochorum, tom. 1. conf. 52. num. 7.
Idque ex privilegio Pontificis, non ex instituto, ib.
Eorum privilegia circa exemptionem quartæ legatorum abrogata, to. 1. conf. 52. n. 8.
An deferente Episcopo Reliquias Sanctorum, teneantur exire è monasterio, seu Ecclesia, illasque, etjam cum thurificatione venerari, to. 1. conf. 53. n. 1. & seqq.
Possunt ad id invitari, ib. n. 1.
Immò, & cogi, ib.
Etiam exempti, ib.
Egressis è Religione non ex sua culpa, sed ex odio superiorum, an possit imponi obligatio migrandi in alium Ordinem, to. 1. conf. 87. a num. 2.
An huiusmodi Regulares possint eximi ab obedientia Religionis, & constitui sub jurisdictione Episcoporum, ib. a n. 13.
Dispensatur ad vitam a Claustro, & exercitio obedientiæ Superiorum, ib. n. 7.
Quid de Regularibus Ordinum dissolutorum, ib. n. 18.
Quibus ex causis liceat iis permanere in sæculo, ib. n. 20.
Emittentes professionem in Conventibus non designatis, an possint post quinquennium egredi a Religione, & matrimonium contrahere, to. 1. conf. 88. a n. 1.
Eiusmodi professi, sic egredientes, possunt puniri, tanquam apostatæ, ib. n. 3.
An possint expelli aliquo in casu a Religione absque Ordinarii interventu, to. 1. conf. 89. a n. 8.
In animarum cura sunt omnino subjecti Ordinariis, tom. 1. conf. 60. num. 13.
Qui, & quibus pœnis ad processiones sint compellendi, t. 1. conf. 122. num. 2.
An teneantur ad refectionem viarum, to. 1. tota conf. 126.
Quid de fossis, quæ civitatis custodiam, publicamque utilitatem concernunt, ib. n. 1.
In multis subjiciuntur Ordinario, to. 1. conf. 136. n. 26.
Eorum recursus, quo pacto fieri debeat, tom. 1. conf. 140. num. 2. & seq.
An, ii qui post expressam professionem extra monasterium ad receptionem novitiorum designata, perseverarunt ultra annum absque reclamatione, sint eidem Religioni in specie, vel in genere adstricti, to. 1. tota conf. 146.
Quomodo censeantur tacitè professi, ib. n. 12. & 39. & seqq.
Eorum consensus pro ratificatione professionis tacitæ, quando, ac ubi requiratur, ib. n. 22. & seq.
Vagantes ab aliquot annis, relicto Claustro, spretaque obedientia, incedendo tamen in habitu regulari, ac in privata domo vivendo, incidunt in pœnas, etiam Apostasiæ, tom. 1 conf. 152. per totam.
Qui dicantur fugitivi, ib. n. 1.
In domo privata degentes, possunt ab Episcopo diœcesano puniri, ib. num. 3.
Eorum animus Religionem deserendi ex quibus dignoscatur, ib. num. 2.
Quatenus possint consequi Episcopatum, tom. 1. conf. 160. numer. 4.

Ac ſuſpendi ab exercitio curæ animarum, to. 1. conſ. 162. num. 2. & ſeq.
Eorum privilegia, quoad Eccleſias, ad quos extendantur, ib. num. 15.
Quatenus ſubjiciantur juriſdictioni Ordinariorum, ib. n. 15.
Eorum privilegiis, ut præjudicium inferatur, quid ſit neceſſarium, ib. n. 23.
An, ut omninò eximantur oporteat ultra exhibitionem privilegii, docere etiam de quaſi poſſeſſione exemptionis, ib. num. 30.
An, & quatenus ingredi valeant monaſteria Monialium, ſibi ſubjectarum, to. 1. tota conſ. 163.
Qua pœna huiuſmodi ingredientes coerceri poſſint ab Ordinariis, ib.
Quo pacto poſſint concedere licentiam operariis ingrediendi Clauſuram Monialium, ib.
De eorum ingreſſu pro viſitandis monaſteriis Monialium, ſibi ſubjectis, Conſtitutio Alexandri VII. ib. n. 10.
An conveniens ſit, quòd apoſtatæ, & ejecti remaneant abſque aſſignatione alimentorum in dedecus Ordinis Clericalis, to. 1. conſ. 164. n. 12. & ſeq.
An poſſint eligi in Conſervatores ſuorum privilegiorum, to. 1. conſ. 165. n. 2.
Eorum prælati an dicantur propriè in dignitate conſtituti, ibidem.
An, & quatenus poſſint novos Conventus, monaſteria, domos, Eccleſias erigere, ac fundare, tom. 1. tota conſ. 179.
Quid de hoſpitiis, ac domibus conductis, ib. n. 32. & ſeq.
An poſſint in cauſa canonizationis, atque aliis teſtimonium perhibere, non obtenta a ſuis ſuperioribus licentia, tom. 1. tota conſ. 193.
Sunt mortui mundo, ib. n. 1.
Carent per ſe velle, ac nolle, ib.
Ejuſmodi depoſitio an ſit illicita tantùm, anve etiam irrita ib. & num. 7.
Præcipuè in cauſa pia, & de jure canonico, ib.
Hac in re Cautio, ib. n. 8.
In cauſa canonizationis Religioſi ſuæ Religionis an ſint teſtes idonei, to. 1. conſ. 192. per totam.
An, & ex quibus redditibus teneantur ad ſolutionem taxæ ſeminariorum, to. 1. tota conſ. 223.
Atque ad decimas, ib. num. 15. & 22. ac 28. & conſule. 358. num. 1.
Eorum privilegia quatenus obſervanda, tom. 1. conſ. 223. a num. 27.
Ejuſmodi privilegiorum damna, præjudicia, abuſus, ib. n. 32. & ſeq.
Poſſunt non ſolùm derogari, ſed abrogari, etiam ſi eſſent remuneratoria, ib. n. 34. & ſeq. & conſ. 52. n. 10.
Quinam in Capitulo vocem habeant, tom. 1. conſ. 226. a n. 1. & conſ. 227. per totam.
An eorum Eccleſiæ, ac domus parochiales poſſint ab Epiſcopis viſitari, to. 1. conſ. 256. n. 1.
In hoſpitiis non approbatis degentes poſſunt ab Ordinariis puniri, to. 1. conſ. 267. n. 1.
Item poſſunt puniri ab Epiſcopo prohibita vel indecentia circa miſſæ ſacrificium committentes, tom. 1. conſ. 268. numer. 1.
Quatenus iis denegari, vel revocari poſſit ab Epiſcopis licentia prædicandi in eorum Eccleſiis, tom. 1. conſult. 269. numer. 1.
Non licet ipſis in ſuis Eccleſiis extra tempus Adventus, & Quadrageſimæ ſermonem habere abſque benedictione Ordinarii, to. 1. conſ. 270. n. 1.
Obloquutores Ordinariorum poſſunt ab illis puniri, tom. 1. conſ. 271. num. 1.
Quatenus poſſint applicare miſſarum ſacrificium in beneficium alterius Conventus Ordinis, tom. 1. conſ. 278. n. 1.
Qua pœna, & a quo ſint puniendi, qui abſque approbatione Ordinarii confeſſiones ſæcularium audiunt, t. 1. conſ. 281. num. 1.
Habentes votum in Capitulo generali, & ob paupertatem non valentes perſonaliter ad locum Capituli ſe transferre non poſſunt per procuratorem in dicto Capitulo votum dare, to. 1. conſ. 289. n. 1.
An poſſint virtute ſuorum privilegiorum abſolvere a caſibus, & cenſuris Epiſcopo reſervatis, tom. 1. conſ. 295. a num. 1.
An id ſaltem poſſint in propria Eccleſia, ib. n. 3.
Quid ſi abſolverent in monaſteriis, in quibus reſident Ordinum capita, ib. n. ſeq.
An peccarent, ſi omitterent in Canone Miſſæ Commemorationem pro Epiſcopo loci, vel ejus loco ponerent ſuperiorem Religionis, to. 1. conſ. 300. n. 1.
Habentes facultatem ingrediendi alium Ordinem Regularem non poſſunt ingredi aliquem ex Ordinibus militaribus, to. 1. conſ. 302. n. 1.
An poſſint admitti pro viſitandis ſanctorum Apoſtolorum liminibus, to. 1. conſ. 305. n. 1.
Non licet iis commoranti in ſuis coventibus, ibique morienti ſacramenta miniſtrare, ejuſque corpus ſepulturæ tradere to. 1. conſ. 309. n. 1.
Approbati in una diœceſi pro audiendis confeſſionibus ſæcularium, nequeunt illas audire in alia diœceſi abſque approbatione diœſani, to. 1. conſ. 317. n. 1.
Quo pacto poſſint deputari, ſua vita durante, ad præbendam theologalem in Eccleſia Cathedrali, to. 1. conſ. 326. numer. 1.
Non poſſunt in ſuis Eccleſiis contradicente Epiſcopo, petita ab eo, & non obtenta licentia, prædicare, to. 1. conſ. 328. num. 1.
Non poſſunt accipere, neque habere uſumfructum bonorum hæreditariorum pro ſuis religioſis neceſſitatibus, tom. 1. conſ. 352. n. 1.
An de licentia ſuorum Superiorum poſſint recipere Ordines ſacros etiam ab Epiſcopo, in cujus diœceſi non exiſtunt monaſteria, in quibus ordinandi degunt, to. 1. conſ. 393. numer. 1.
Qui occaſione recitandi Roſarium in ſuis Eccleſiis exponunt ſacra myſteria, & faciunt pias exhortationes, tenentur petere benedictionem ab Ordinario loci, tom. 1. conſult. 410. num. 1.
Qui ob occupata ab hæreticis propria monaſteria ſe conferunt ad aliam Civitatem, non poſſunt ordinari ad titulum paupertatis, ſi careant monaſteriis, tom. 1. conſ. 411. n. 1.
Quid ſi ſint in ordine ſubdiaconatus, vel diaconatus conſtituti, ib.
An Confeſſores teneantur adire Congregationem Caſuum conſcientiæ, ab Epiſcopo inſtitutam, tom. 1. conſ. 420. numer. 1.
Impedientes extractionem reorum a ſuis Eccleſiis, vel Conventibus quo pacto poſſint ab Epiſcopo puniri, tom. 1. conſ. 468. num. 1.
Opponentes ſe extractioni reorum in caſibus exceptis poſſunt armata manu coerceri ab Epiſcopo, tom. 1. conſ. 485. num. 1.
Quomodo poſſint commorari extra monaſterium, to. 2. conſ. 43. num. 10.
Admittentes ad ſepulturam interdictos, vel excommunicatos, &c. quas pœnas incurrant, to. 2. conſ. 59. num. 4.
Quid de admittentibus ad divina nominatim interdictos, ib. numer. 5.
Quo caſu poſſint ab Epiſcopo denunciari, vel declarari interdicti, ib.
Atque excommunicari, ib. nu. 6. & to. 1. tota conſ. 173.
Eorum Eccleſiæ quatenus ſubjaceant interdicto, ib.
Interdictum generale locale non obſervantes incurrunt excommunicationem, ib. n. 7.
Quid ſi prætendatur, interdictum eſſe nulliter datum, ibid.
An id procedat in interdicto ſpeciali locali, vel perſonali, etiam generali, ib.
Quid ſi admittant ſuos Tertiarios in ſuis Eccleſiis ad divina officia, ib.
An per bigamiam amittant ſua privilegia, tom. 2. conſult. 61. a num. 1.
An poſſint in Regno Sardiniæ acquirere privilegia, quin poſſint appellare ad ſummum Pontificem, tom. 3. conſ. 1. num. 28. Ubi de eorum Conſervatoribus pro eodem Regno.
Non ſubjiciuntur Epiſcopis, to. 3. conſ. 9. n. 1.
An poſſint celebrare miſſas, & quatenus in Eccleſiis ſæcularibus, ib. a num. 1.
An poſſint ab Epiſcopo compelli ad exhibendum libros, in quibus adnotatur celebratio miſſarum, ut ex iis, conſtare poſſit de ſatisfactione, ib. n. 7.
Ubi declaratio ſacræ Congregationis,
Non tenentur admittere ad celebrandum in ſuis Eccleſiis Clericos ſæculares, ib. n. 4.
Decreta, ſive declarationes hac de re Sacræ Congregationis ibidem.
Poſſunt prohiberi ab Epiſcopo, ne admittant exteros ſacerdotes ſine ejus licentia, ib. n. 5.
Ubi declaratio Sacræ Congregationis.
An eximantur ab Epiſcopo in materia exequutionis ultimæ voluntatis, ib. n. 7. & ſeq.
Num veniant nomine exemptorum, ib. n. 9.
Quid de Regularibus non plenè exemptis, ib. n. 10.
Nequeunt eſſe exequutores teſtamentarii, tom. 3. conſ. 16. numer. 9.
In eorum Eccleſiis debetur præcedentia Canonicis Cathedralis, to. 3. conſ. 18. n. 9.
Et quomodo, ib.
Quo pacto ſubjiciantur Epiſcopo, ib. n. 10.
Ejuſque Capitulo, ib. & n. ſeq.
An debeant in ſuis Eccleſiis porrigere aſperſorium Epiſcopo, aliiſque prælatis, ib. n. 14. & ſeq.
An, & quatenus teneantur ad donativum Regium, ſive Principis, tom. 3. tota conſ. 23.
Quid de Regularibus, qui ſunt ex duodecim Congregationibus, ib. num. 4.
In hac re Sacræ Congregationis declarationes, literæ, atque Alexandri VII. Diploma, ib. & ſeq.
An, & quatenus cogi poſſint ad ſubeundum onus collectarum, to. 3. conſ. 26. n. 1.
Quid de eorum animalibus, quæ dantur in ſocietatem, ac de damnis datis, ib. n. 4.
Ubi compendio decreta Sacræ Congregationis.

Eo-

Eorum privilegia quoad Immunitatem a collectis, ib. n. 9.
Præſertim ſi tranſierint in contractum cum Communitatibus, ib. num. 10.
Quid ſi obſtarent contrariæ reſolutiones, ac ſententiæ, ib. n. 11.
Vel contraria conſuetudo, ib. n. 12.
Quæ portio annua ſit a Regularibus aſſignanda Vicariis Curatis perpetuis ſæcularibus Eccleſiarum, quas olim poſſidebant, tom. 3. conſ. 33. n. 1.
Et an electio Prædicatorum in eiſdem Eccleſiis pertineat ad eoſdem Regulares, ib. n. 2.
Quatenus eis liceat concionari, ib.
Quomodo poſſint prædicare in ſuis Eccleſiis, & quomodo in alienis, ib. n. 3.
Declaratio ſacræ Congregationis, ib. n. 5.
An fuerit Regularibus illatum præjudicium in reductione ſuarum Eccleſiarum ad ſtatum ſæcularem, ib. n. 4.
Quatenus poſſint mulierum tertii Ordinis, quas de pœnitentia, vel Bizochas vocant, confeſſiones ſacras audire, tom. 3. conſ. 34. n. 29.
Et ſacrum Euchariſtiæ ſacramentum eis miniſtrare, ib.
Quid quoad ſepulturam aliaque privilegia, ib.
Sacræ Congregationis decretum, ib.
An, & quibus pœnis compelli poſſint ad proceſſiones, tom. 3. conſ. 46. a num. 11.
Eorum rationes, ib. a num. 2.
Num poſſint hac de cauſa cenſuris affici, ib & n. 25.
Eorum privilegia, ne cogi poſſint ad proceſſiones, ib. & n. 4. & 5. ac 29.
Quid ſi ſemel, iterum, aut ſæpius acceſſerint, ib.
Quatenus ex non uſu amittant privilegium, ib.
Vel per contrarium uſum, ib.
Declarationes ſacræ Congregationis, ib. n. 5.
Vera ſententia, ib. a n. 6.
Afficiuntur excommunicatione, per Epiſcopum in ſacra Ordinatione comminata contra illegitimè Ordinandos, ib.
Quoad Ordinum ſuſceptionem ſunt ſubjecti Ordinario, ib.
Doctorum, & ſacræ Congregationis ſententia, ib. num. 11. & ſeq.
Ubi etiam declarationes, & decreta.
Qui Regulares a proceſſionibus immunes, ib. & ſeq.
Superiores Regulares an poſſint conſtitui, ac deſtitui ab Epiſcopo, ib. a n. 26.
Indultum Regularibus quibuſdam conceſſum, ne accedant ad proceſſiones, an commune cum aliis, ib. n. 30.
Non poſſunt dimittere proceſſiones per viam, ib. n. 31.
Declarationes S. Congregationis, ib. n. 32. ac ſeq.
Qui excipiantur, ib. n. 35.
Qui proceſſionibus, quæ ab Epiſcopis indici ſolent occaſione ſui primi ingreſſus ad ſuam diœceſim, ib. a n. 36.
Ex qua cauſa vocandi ad proceſſiones, ib. n. 37.
S. Congregationis decretum, ib.
Non ei licet cenſuras ab Epiſcopis relaxatas ob cauſam proceſſionum ſpernere, ib. n. 40.
Debent exhibere ſua privilegia Epiſcopis, ib. n. 41.
Quomodo vocandi ad proceſſiones, ib. n. 42.
In compromiſſo, atque laudo in materia proceſſionum inter Regulares, & Parochos, ſive ſodalitates ſæculares, an requiratur authoritas ſuperiorum, tom. 3. conſ. 47. num. 1. ac ſeq.
Eorum Eccleſiæ quomodo exemptæ a quacumque Juriſdictione, tom. 3. conſ. 57. n. 2.
Ubi in hac re privilegia, ib. & n. 53.
Immemorabilis cum aliquibus Regularibus an poſſit aliis præjudicium inferre, ib. n. 14.
In materia funerum quæ privilegia obtineant, ib. a n. 1.
Ubi declarationes S. Congregationis, ib. & a n. 20. cum ſeq.
Item privilegia, ne in ipſorum Eccleſiis officia peragantur ſine eorum conſenſu, ib. n. 17. ac ſeq.
Eorum monaſteria, & Eccleſiæ non ſunt loca plenè exempta, ib. num. 23.
Quatenus dicantur habere jus liberum ſepeliendi, ibidem num. 49.
In quibus ſint ab Ordinariis exempti, ib. n. 53. & 56.
Tenentur revereri Capitulum Cathedralis, ib.
Ad funus accedentes an, & quatenus convenire debeant in Eccleſiam parochialem, tom. 3. conſ. 49. per totam.
Diſtributio candelarum occaſione funeris inter Clerum ſæcularem, & regularem debet eſſe æqualis, ib. n. 9.
An poſſint concordare cum Parochis, ut ii peragant officium funebre in Eccleſiis Regularium ſuper cadavere defuncti parochiani, tom. 5. conſ. 50. n. 1.
Ubi declarationes Sacrarum Congregationum.
Tenentur obſervare concordiam, ib. n. 1.
Quid requiratur, ut poſſint cum Clero ſæculari tranſigere, ib. n. 2. ac ſeq.
Eorum Eccleſiæ ſunt immunes a Cathedratico, & ſubſidio charitativo, tom. 3. conſ. 37. n. 16.
Regulares, pluries in die celebrantes, a quo Judice puniendi, tom. 4. conſ. 1. n. 9.
Licet habeant privilegium adminiſtrandi Euchariſtiam, illam tamen non poſſunt adminiſtrare per modum viatici, tom. 4. conſ. 3. num. 5.
Eorum præcedentia quomodo dirigenda, tom. 4. conſ. 19. a num. 1. & conſ. 195. a n. 25.
An poſſint unquam in proceſſionibus, ac aliis actibus præcedere Clero ſæculari, tom. 4. conſ. 26. a n. 1.
Et quid in Eccleſiis ipſorum Regularium, ib. n. 15. & 8.
Quidve in caſu, quo Regulares ſint ſuperiores Cleri ſæcularis, ib. num. 15. ac ſeq. ac n. 19. & 22.
Quid autem ſi extaret concordia, vel conſuetudo pro Regularibus, ib. a n. 1. ac 9.
Eorum præcedentia in Cathedrali, ſi in ea ſint Canonici, ib. num. 18.
Eorum Eccleſiæ, habentes ſepulchra ſub altaribus, interdicendæ, donec ipſi illa ſaxis, vel terra repleverint, tom. 4. conſ. 32. n. 2.
Eorum ſtatum regularem ex quibus probetur, tom. 4. conſ. 74. num. 1.
Quando in eorum Eccleſiis exponatur Euchariſtia, tom. 4. conſ. 84. num. 1.
Per quem locum ducere poſſint proceſſiones, tom. 4. conſ. 85. num. 1.
Quid eis a Parochis in hac re permitti poſſit, ib. n. 2.
In quo caſu nequeant allegare ſua privilegia, tom. 4. conſ. 107. num. 7.
Domus, ſeu villæ, quas habent Regulares delectationis cauſa, vel pro hoſpitio, non gaudent immunitate, tom. 4. conſ. 122. num. 2.
Poſſunt in ſuis Eccleſiis, ac Oratoriis aſſervare Euchariſtiam, tom. 4. conſ. 150. n. 7. & ſeq.
De eorum Granciis, ib. a n. 1.
An, & quatenus poſſint ſæcularibus adminiſtrare Euchariſtiam, ib. n. 11. & ſeq.
Eorum domus parochiales an, & quatenus viſitari poſſint ab Epiſcopo, tom. 4. conſ. 153. a n. 1.
Quando eis liceat ad ſuos Conſervatores appellare, tom. 4. conſ. 162. num. 14.
Eorum cauſæ quomodo cognoſcendæ, ac terminandæ, tom. 4. conſ. 168. a num. 1.
An eis poſſit Epiſcopus præcipere, quod abſtineant, etiam ſub cenſuris, ab audiendis confeſſionibus in eorum Eccleſiis a Dominica Palmarum uſque ad Dominicam in Albis, tom. 4. conſ. 163. a n. 2.
Subduntur Epiſcopo, quoad approbationem pro audiendis ſæcularium confeſſionibus, ib. n. 1.
Qua ratione poſſint a confeſſionibus excipiendis ſuſpendi, ib. num. 2.
Confeſſio Sacramentalis ab ipſis audita eſt valida, ib. num. 3. & ſeq.
Contrarium damnatur, ib.
Nequeunt cenſuris alligari, ib. n. 10.
Confeſſarii Regulares a quo recipiant juriſdictionem, ib. n. 12. & ſeq. & conſ. 174. n. 11.
Poſſunt limitatè ad confeſſiones approbari, ib.
Et quomodo, ib.
Prudentia, quam in hac re adhibere debeant, ib. n. 24.
An decretum Apoſtolicum de rebus Regularium non alienandis abſque expreſſa licentia ſacræ Congregationis Concilii, in ſcriptis obtenta, comprehendat obligationem a ſuperioribus Regularibus, prætextu emptionis bonorum pro ſuis monaſteriis, tom. 4. conſ. 166. a n. 1.
Cur hujuſmodi decretum emanaverit, ib. n. 1. & 3.
Pœnæ in eo contentæ, ib.
Extenſum ad contractus, quibus Regulares accipiunt pecunias, vulgò ad cambium, vel mutuò ſub lucro ceſſante, ib.
Quid ſi obligatio eſſet munita obligatione camerali, ib. n. 2.
An, & quatenus Prælatus Regularis poſſit bona monaſterii obligare, ib. n. 18.
In cauſis appellationum inter Regulares ejuſdem Religionis quis ordo ſit ſervandus, tom. 4. conſ. 168. a n. 1.
An poſſit Regularis injuſtè vexatus recedere a Conventu, & adire alium ſuperiorem, ib. n. 1. & ſeq.
Ab eorum juriſdictione an, & quatenus moniales eximi debeant, tom. 4. conſ. 172. a n. 1. & 175. per totam.
An, & quatenus ex conceſſione Regularibus facta, Eccleſia mutaverit ſtatum, tom. 4. conſ. 173. n. 1.
An, & quatenus Regulares Confeſſarii, ſemel ab Epiſcopo liberè approbati, poſſint ab eodem in novo examine reprobari, tom. 4. conſ. 171. a n. 1.
Et an ante finitum tempus, ib. n. 12.
Quid de Regularibus approbatis ſine examine, ib. num. 14. & ſeq.
Et quid de approbatis cum examine rigoroſo, ib. n. 19.
An Epiſcopus teneatur eis cauſam edicere, cur ſuſpenderit ab audiendis confeſſionibus, ib. a n. 20.
Quomodo in hac re gerere ſe debeat Epiſcopus, ib. n. 22.
Cenſura in aliquas propoſitiones de Regularium Confeſſionibus, & eorum ad illas approbationes, ib. a n. 30.
Et Conſtitutio Clementis X. ib. n. 42.
An, & quatenus compelli poſſint ab Ordinario ad Congregationes generales, ſive ſynodales, tom. 4. conſ. 176. n. 1.
Delinquentes, antequam fiant Regulares, coram quo Judice conveniri debeant, t. 4. conſ. 178. & ſeq. a n. 4.
Et quid de Regulari qui deliquit tempore, quo erat ſubjectus Epiſcopo, ib. n. 5.
Dicuntur exempti quoad loca, & quoad perſonas, tom. 4. conſ. 199. num. 2.
Eorum ſuperiorum juriſdictio, ib. n 3.

Virtus eorum voti obedientiæ, ib.
Eorum ſubjectio ſuperiori Regulari, ib.
In aliena parochia quid poſſint circa funera, ib. & n. 4.
An, & quatenus ſepulturam ſibi eligere poſſint, ibidem a numero 11.
Quid ſi moriantur extra proprium monaſterium, ib. n. 15.
Quidve ſi in eodem loco adſit monaſterium ſuæ Religionis, ib. n. 16. & ſeq.
Et quid ſi non ſubdatur Prælato illius monaſterii, ib. n. 18.
Et quid ſi Conſtitutiones Religionis, vel conſuetudo aliter decerneret, ib. n. 19.
Pœna contra Regulares, adminiſtrantes ſacrum viaticum, & extremam unctionem, ib. n. 22. & ſeq.
Quibus in caſibus illa adminiſtrare poſſint, ib. n. 23. & 27.
De eorum privilegiis ad inſtar, eorumque communicatione, ib. num. 24. & ſeq.
An Provincialis, aliuſve Prælatus Regularis, ſive eorum Vicarii ab ipſis deputati, pendente accuſatione, ſive appellatione ſuper eorum electione, poſſint adminiſtrare, & gubernare ſuam provinciam, to. 4. cons. 200. a n. 1.
Regularis, diffamatus de crimine an ſuſpendatur ab officio, item & accuſatus, ib. n. 1. & 4.
Præcipuè ſi timeantur ſcandala ob perturbationem Religionis, ib. num. 2. & 4.
Donec cognoſcatur cauſa appellationis, an debeat abſtinere ab exercitio ſui officii, ib. n. 3. & 5.
In quibus caſibus talis ſuſpenſio ſit permiſſa, & cum qua circumſpectione, ib. n. 5. & ſeq.
Quid ſi de delictis graviſſimis, quæ Prælato opponantur conſtet per vulgatam infamiam, & vehementem ſuſpicionem, ib. n. 5.
Et procedatur per viam inquiſitionis, ib.
Quid ſi deliquerit in officio, concernente diffamationem, ib. num. 6. & 7.
Præſertim ſi accuſetur de dilapidatione, ib. n. 7.
Quidve in crimine notorio, vel vehementi ſuſpicione probato, ib. num. 8.
Quomodo teneantur Regulares obedire Pontifici, tom. 4. conſ. 202. num. 4.
Et Epiſcopo, ib.
Eorum tranſactio cum parochis in materia funerum an valida, to. 4. conſ. 205. n. 14.
Quid ſi tranſactio eſſet in præjudicium populi, & ſucceſſorum Conventus Regularium, ib. & n. 15.
An in hoc ſit neceſſarius aſſenſus Apoſtolicus, aut Generalium ordinum, ib. n. 17. & 32.
Quid in caſu, quo intereſſet approbatio Epiſcopi pro Clericis, & quorundam ſuperiorum Regularium pro Regularibus, ib.
Regularium privilegia in caſu Conventionis, an eis ſuffragentur, ib. num. 18.
Libertas electionis ſepulturæ in eorum Eccleſiis in quo conſiſtat, ib. num. 22.
Quo iure competat eis jus ſepulturæ, ib.
De Regularibus concionatoribus plura, & ferè omnia, to. 4. cons. 206. a nu. 65.
Habent jus liberum ſepeliendi cadavera in ſuis Eccleſiis, to. 4. cons. 208. num. 1. & 5.
Parochi, aliique quid ab eis, vel defunctorum hæredibus exigere poſſint ratione funeris, ac ſepulturæ, ib. & ſeqq. ac numer. 24. & ſeq.
Tenentur ad ſolutionem quartæ funeralis ib. a n. 22. & conſ. 225. per totam to. 4.
Eorum ingratitudo erga Parochos, d. conſ. 215. n. 2.
An liceat Regularibus ſepelire in ſuis Eccleſiis confratres laicos, qui ſibi in illis ſepulturam non elegerint, tom. 4. conſ. 216. a n. 1.
An, & quatenus poſſint exercere munus Tutoris, vel Curatoris, to. 5. conſ. 10. n. 1. & 13.
Superiores Regulares quando, & quos Religioſos expellere poſſint a Religione, to. 5. conſ. 51. n. 2. & 3.
An liceat Regularibus cadavera defunctorum aſſociare cum ſtola, to. 5. conſ. 54. n. 1.
Et quid ſi ſint Capellani confraternitatum, ib.
An poſſint benedicere domibus, navibus, cymbis, ib. n. 2.
An in obitu parochianorum poſſint pulſare Campanas peculiari ſigno, ib. n. 3.
Et quid in Sabbatho Sancto, antequam pulſentur Campanæ cathedralis, ib. n. 3. & ſeq.
An proceſſiones extra ſuas Eccleſias, & clauſtra per parochias ducere, & Eccleſias præcipuè Sanctimonialium ingredi, ib. n. 6.
An poſſint conſtruere novam turrim Campanariam cum nova & magna Campana propè Eccleſiam parochialem, aut monialium, ib. n. 7.
TABULÆ, vid. *Scriptura*.

Tabularum adminicula an, & quatenus fidem indubiam faciant miraculorum, tom. 4. conſ. 56. n. 1.

TACITURNITAS.

Quoties imminet factum, quod a jure improbatur, taciturnitas ejus, qui non poteſt expreſſè actu conſentire, nihil operatur, to. 8. conſ. 40. n. 37.

TACITUM.

Tacitum quando ceſſet, tom. 1. conſ. 109. n. 13.
Taciti, & expreſſi ratio, tom. 3. conſ. 7. n. 32.
Tacitum quomodo probetur, tom. 9. conſ. 57. a n. 7.

Tacita renunciatio Immunitatis Ecclesiasticæ ex quibus colligatur, num. 8.

TACTUS.

Ejus objectum, to. 4. conf. 58. n. 13.
Cur adhibeatur, ib. n. 17.
Ejus indicium certissimum, ib.
Ejusque excellentia in homine, ib.

TALIO.

Talionis æquilibrium, to. 1. conf. 111. n. 14.
Nullo jure prohibetur, ib.

TAXA, vid. *Seminarium*, *Clericus*, *Immunitas*, *Sportula*, *Ecclesiastici*.

Taxa pro salario medici an dicatur onus personale, tom. 1. conf. 177. n. 23.
Communitates, ac Magistratus sæculares, an & quatenus teneantur taxam antiquam vectigalium observare in favorem Clericorum initam, tom. 5. conf. 46. a num. 1. & 96. ac seq.
Litteræ hortatoriæ hac de re expeditæ, ib. a n. 97.
Rationes in eis contentæ, ib. a n. 98.
Opponuntur eis litteræ ac declarationes S. Congregationis Immunitatis Ecclesiasticæ, ib. a n. 106.
Et S. Congregationis super Episcopis, ib. a n. 124.
De taxa triremium contra Fiscum Cameræ Apostolicæ, to. 5. conf. 57. a n. 1.
Taxa Innocentiana, tom. 8. conf. 11. in fine.

TAXATIO.

Taxatio pro solvendis impositionibus Cameralibus Religioni impositis, an, & quo pacto fieri debeat, tom. 1. consult. 142. per totam.
In ea servanda est æqualitas, ib. n. 4.
Dirigenda secundùm temporum qualitatem, ib.
Ac juxta idoneitatem, ib. n. 5.
Et de quinquennio in quinquennium, ib.
Attenditur in ea tempus solutionis, ib. n. 6.
Quando mutari debeat, ib. n. 7.
Nova quæ dicatur, ib. n. 8.

TECTUS, vid. *Immunitas*.

TEMERITAS.

Ad incurrendam pœnam Ecclesiasticam an requiratur, tom. 7. conf. 17. num. 11.
Non dicit dolum, sed fatuitatem, ac impudentiam, ib.
Quid sit, ib.

TEMPERANTIA.

Temperantia in quas passiones occupetur, to. 2. conf. 16. n. 16. & 49.
Quid respiciat, ib.
Ejus objectum, ib.
Definitio, ib.
Finis, sedes, ib.
Ejus vera moderationis ratio, ib.
Officium, ib.
Partes, ib. num. 51.
Gradus, ib. n. 52. ac seq.
Gradus heroicus, ib.
Elogia, ib.

TEMPLA, vid. *Mulier*, *Catechumenus*, *Ecclesia*, *Presbyterium*, *Hæreticus*.

Soli Deo ædificantur, tom. 4. conf. 31. n. 4.
Quomodo etiam Sanctis, ib.
Cui ædificata, ib. ac n. 5.
Eorum forma, ib. n. 6. ac 7.
Sunt Cœli imagines, ib. n. 10.
Unde sic dictum, tom. 6. consult. 98. num. 3. & num. 11. & 14.
Quænam Templa, ib.
Translatum ad ædes Sacras, ib. n. 15.
Ejus instar erat Tabernaculum, ib.
An distinctum a sacellis, ib. n. 23.
Templum Judæorum unicum, & cur, ib. n. 27.
Templum olim quot præcipuas habebat partes, to. 7. conf. 35. num. 1.
Presbyterium, sive chorus ubi, ib. & n. 3.
Gremius, sive Naon, ib.
Porticus, ib. n. 2.
Templi Hierosolymitani distinctio, ib. n. 4.
Ejus discrimen a nostris, ib. n. 5.
Templorum distinctio quando cœpta, ib. n. 6.
In eo Clerici ac populi separatio, ib. n. 7. & seq.
Et quam ob causam, ib. n. 16. & seq.
In eo jussus exire Imperator extra Cancellos, ib.
Mulierum in eo locus, ib. n. 12. & seq.
Locus etiam Virginum, ib. n. 15.
Causæ, ib. a n. 12.
Arca Noeticatypus Ecclesiæ, ib. n. 17.
Ibi mansiones separatæ, ib.
Quid apud Hebræos, ib. & n. 18.
In Templis etiam mulierum velatio, ib. a n. 24.
An aliqua de causa liceat frequentare Templa hæreticorum tom. 7. conf. 41. n. 7.

TEMPLUM.

Templi nomen cur, & quando incœptum, tom. 9. consult. 63. num. 7.
An Templum Salomonis gauderet privilegio immunitatis, tom. 9. conf. 141. num. 19. & seq.
De causis multitudinis Templorum inter Christianos, ibid. n. 26. & seq. ac n. 32. & seq.
An restringenda quoad privilegium immunitatis, ibidem a num. 1.
Mos Ethnicorum templa ædificandi, ib. n. 30. & seq.

TEMPORALE.

Ex quibus cognoscatur facultatem concessam pertinere tantùm ad temporalia, tom. 10. conf. 54. n. 19.

TEMPUS, vid. *Probatio*, *Regularis*, *Vacatio*, *Electio*, *Novitiatus*.

Tempus an inducat, vel tollat obligationem, tom. 4. conf. 4. num. 13.
Quid si esset longissimum, sed in facultativis, ib.
Et quid in dubio, ib. n. 14.
Quod sit spatium longissimi temporis, tom. 4. consult. 42. num. 31.
Quid ubi agitur de probando per scripturas, ib.
Delinquitur arbitrio judicis, ib.
Et quid in materia Canonizationis Sanctorum, ib.
Nullius est rei causa, vel origo, ib. n. 42.
Tempus præfixum a lege, debet observari, tom. 2. conf. 4. num. 7.
Quando sit de forma actus, ib.
Jus jura, to. 3. conf. 6. n. 34.
Tempus prefixum quomodo obtineat vim legis tom. 1. conf. 52. num. 17.
Æquivalet privilegio, ib.
Quod tempus natura negotii desideret, relinquitur arbitrio Judicis, to. 1. conf. 130. n. 10.
Breve quale reputetur, to. 1. conf. 130. n. 3.
Quale modum, ib. n. 29. & 40.
Ubi tempus est determinatum dicitur de substantia actus, to. 1. conf. 134. num. 4.
Habetur, de eo ratio, quando agitur de evitanda mora, vel pœna, ib. n. 9.
Antiquum quale, to. 1. conf. 242. n. 13.
Quale antiquissimum, ib.
Quale longissimum, & immemorabile, ib.
Ejus lapsus in terminando processum an inducat nullitatem actorum to. 2. conf. 250. nu. 6.
Paria sunt fieri tempore habili, & fieri tempore inhabili, sed conferre in tempus habile, to. 6. conf. 95. nu. 238.
Quando attendatur actus, & tempus, to. 7. conf. 44. n. 4.
Tempus non est modus inducendi obligationem, tom. 9. conf. 173. n. 130.
An tempus, quod requiritur in assequendis officiis, muneribus, dignitatibus Ecclesiasticis &c. tàm regularibus, quàm sæcularibus debeat esse completum, tom. 10. conf. 11. a num. 1.
Ad id exempla, ib. n. 1. & 2.
Quid de manutentione in officiis, ac dignitatibus eorum, qui tempus a Constitutionibus requisitum minimè servaverant, ib.
Quando præcisè, & quasi in indivisibili constituatur, ibid. num. 1.
Tempus novitiatus ita debet esse integrum, ac perfectum, ut computetur a momento in momentum, ib. n. 1.
Quando censeatur petitum, tanquam forma actus, ib. n. 1
Ac irritet actum, ib.
Dictio *saltem* apposita in tempore, quomodo taxet tempus, ib. num. 3.
Quid de verbo *permaneat*, ib. n. 3.
Tempus semel moraliter interruptum ex voluntate illius, tempus præfixum est pro forma, non renovatur, nec conjungitur cum tempore subsequenti, ib. n. 3.
Quid Patres Generales Regulares in id agere possint, ib. n. 4.
An sufficiat, quod annus sit incœptus, ib. nu. 26. & seqq.
Et in quibus dignitatibus, ib. n. 28.
Tempus appositum in Constitutionibus quomodo accipiendum, ib. nu. 31.
Quid in matrimonio, ib. n. 33. & 37.
In susceptione Sacrorum Ordinum, ib. n. 34. & 41. & seq.
In Abbatissa, ib. n. 35. & 47. ac seq.
Ut quis non dicatur minor tali anno, vel tempore, quid sufficiat, ib. num. 35.
Tempus assignatum a Constitutione, a jure quomodo computandum, ib. n. 36. & 45.
Quod in contrahendis sponsalibus, ib. n. 40.
An qui est ingressus aliqem determinatum annum, dicatur pervenisse ad illum, ib. n. 43.
Tempora, sive anni quomodo dividendi, ib. n. 44.
Quid in successivis, ib.
Dies & anni quomodo computandi, ib. n. 49.
Qui dicatur maior, ib. & n. 50.
Qui minor, ib. n. 51.
Quid si lex ponat numerum annorum in *Ablativo*, ibidem num. 52.
Quidve quando annus non requiritur, ut faciens numerum cum cæteris annis, sed tantùm secundùm tractum successivum, ib. n. 52.
Quomodo annus accipiatur, quando facit numerum, ibid.
Ut quis eligi possit in Prælatura Regularem, quod tempus sufficiat, ib. n. 55. & seq.

Utrum

Utrum in favorabilibus, præſertim in Ordine ad Dignitates, annus incœptus habeatur pro completo, ib. n. 57. & ſeq.
Temporis diuturnitas, juncta obſervantia, inducit ſufficientem præſumptionem cujuſvis confirmationis, t. 10. conſ. 64. n. 7.
Tempus non currit, niſi a die habitæ notitiæ gratiæ, tom. 10. conſ. 113. num. 3.
Tempus, patronis indultum, a quo die currat, ib.
Attenditur tempus præſentatæ gratiæ, non autem obtentæ comiſſionis, ib.
Quando tempus in materia gratiæ currere nequeat, ib. nu. 4. & num. ſeq.
Tempus electionis, to. 10. conſ. 127. n. 16.
Qualitas ſecundùm tempus verbi, ib.
Attenditur tempus, quo diſpoſitio ſumit effectum, ib.
Tempus adjectum, electioni eſt de forma, ib. n. 17.
Tempus inducit formam, ib.
Poſt quod tempus arctent Conſtitutiones a Pontifice publicatæ, t. 10. conſ. 147. n. 42.
Tempus, quod multa ſecum defert ex rerum ſtatu, multa commutat in melius, tom. 10. conſ. 155. n. 14.
Ad id exempla, ib. n. 5. & ſeq.

TERMINI.

Terminorum inculcatio an admittenda, to. 1. conſ. 230. n. 1. & ſeq.
An irritet proceſſum, ib.
Eorum præfixio an, & quatenus, quibuſve in cauſis obſervanda, to. 1. tota, conſ. 250.

TERRA, & CALX.

Sunt miſta imperfecta, tom. 4. conſ. 43. n. 89.
An nutriant, ib.
Quid in mulieribus, aliiſque animalibus, quæ terram commedunt, ibid.
An & quatenus multiplicatio terræ extractæ a ſepulchris Servorum Dei pro infirmis curandis, ſit adſcribenda miraculo, tom. 5. conſ. 32. a n. 1.
Ejus natura, ib. n. 1.
Cauſa illus multiplicationis, ib. n. 2.
Quomodo multiplicari poſſit, ib. & n. 10. 13. ac ſeq.
Exempla, ib. n. 6. & ſeq.
Ejus virtus, ib. n. 8.
Hoc miraculum approbatum ab Eccleſia, ib. n. 9.
Ad quem gradum miraculorum hujuſmodi miracula ſint referenda, ib. num. 12.
Terræ proprietates mirandæ variis in locis, to. 10. conſ. 181. num. 1.
An terræ alicui ineſſe poſſit nativa indoles ſanandi infirmitates, ib. n. 2.
De terra apta ad diffigendum cadavera, eaque præſervanda a putredine, ib. n. 3.
Miraculoſa, ib. & conſ. 185. n. 7.

TERRITORIUM, vid. *Caſtrum*, *Abbas*.

Territorium quid verè importet, tom. 4. conſ. 176. n. 8.
Abſque territorio nequit juriſdictio conſiſtere, t. 2. conſ. 26. numer. 1.
Res in eo ſitæ cujus eſſe præſumantur, ib. & conſ. 30. num. 1. ejuſdem tom. 2.
Ejus domini præſumptio, d. conſ. 26. n. 1.
Ejus propria diœceſis, ib. n. 3.
Eſſe ſeparatum quomodo conſtet, ib. n. 7. ac ſeq.
Per quos actus probetur, ib. n. 9. ac 10.
Quod ſit ſeparatum, quomodo ſit docendum, ib. n. 15. ac ſeq. præcipuè n. 23. ac 6.
Quæ jura ſub ejus dominio regulariter veniant, to. 2. conſ. 30. num. 3.
In ejus dominio ex quibus fundetur, ib. n. 11.
Quis dicatur univerſalis territorii dominus inter habentem juriſdictionem civilem, & criminalem, tom. 2. conſ. 31. num. 5.
Quid verè importet, to. 4. conſ. 176. n. 8.
Territorium quid ſit, quomodo conſtituatur, tom. 5. conſ. 5. num. 37.
Ejus fori poteſtas, ib. n. 34.
Differentia inter eſſe in territorio & de territorio Principis, ibidem.
Situs Eccleſiarum in territorio Principis quid juris inferat, ibidem.
Quæ ſit forma conſtituens locum in eſſe territorium, ib. num. 37.
Quid requiratur, ut conſtitui poſſit territorium ſeparatum, ib. n. 4. & to. 7. conſ. 8. a num. 2.
In cujus territorio quis delinquit, ejus juriſdictioni ſubjicitur, t. 8. conſ. 94. num. 1.
Licèt per litteras exemptionis ſeparatum fuerit territorium a diœceſi Epiſcopi, & conſtitutum denuò in ſtatu nullius, ad huc tamen locum habet diſpoſitio S. Concilii Tridentini, ib. n. 11.
Territorium ſeparatum quomodo probetur, tom. 8. conſ. 59. num. 10. & ſeqq.
Territorium quid importet, to. 8. conſ. 73. num. 95.
Ut aliquis dicatur habere territorium proprium, quod ſit nullius Diœceſis, & ſibi plenè ſubjectum, ac ipſe dici poſſit illius Territorii Ordinarius, quid requiratur, tom. 10. conſ. 117. n. 144. & ſeq.
Quatenus hujuſmodi Ordinario competere poſſit juriſdictio quaſi Epiſcopalis, ib.

TERTIARII FRATRES.

An Fratribus Tertiariis competat jus conferendi habitum Tertii Ordinis S. Franciſci perſonis ſæcularibus in ſæculo exiſtentibus in ſuis domibus privatis, tom. 3. conſ. 34. per totam.
Eorum inſtitutionis initium, ib.

TERTIARII, TERTIARIA. vid. *Hoſpites*.

Tertiariæ an, & quatenus gaudeant fori privilegio, tom. 1. conſ. 489. num. 1.
Tertiari S. Franciſci, qui non habent conditiones requiſitas, ad quæ onera teneantur, to. 2. conſ. 63. n. 1.
Quid de oneribus, quæ Regulæ adverſantur, ib. n. 2.
An officium Magiſtratus ſit incompatibile cum eorum Regula, ib. n. 3.
Non poſſunt compelli ad ſuſcipiendum onera, eorum Regulæ contraria, ib. n. 4.
Quæ Tertiariæ dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, to. 2. conſ. 65. n. 15.
Earum requiſita, ib.
Quæ comiſſæ Ordinariorum curæ, ib. n. 19.
Quatenus confiteri poſſint Regularibus, to. 3. conſ. 34. n. 29.
Tertiariæ Tertii Ordinis S. Franciſci a quo habitum ſuſcipere debeant, ib. per totam.
Qui illis Sacramentum Euchariſtiæ in Paſchate adminiſtret, ibid. num. 29.
De eorum ſepultura, & aliis privilegiis, ib. ac ſeq.
An, & quatenus Epiſcopus concedere poſſit Tertiariis inhibitiones, to. 4. conſ. 6. n. 2.
Quatenus gaudeant fori privilegio, ib. ac n. ſeq.
Quid de immunitate ab oneribus, ib. n. 3.
Etiam perſonalibus, ib.
Tertiarii, ac Tertiariæ, & mantellati, ac pinzocheri, alive ſimiles an, & quatenus gaudeant privilegio Canonis, & fori, to. 4. conſ. 119. n. 1.
An ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ib. n. 1. ac 2.
Et in aliquo ſenſu Religioſæ, ib. n. 1.
De jure communi non gaudent privilegio Canonis, & fori, ib.
Tertiariæ quatenus gaudeant immunitate a vectigalibus, ib. num. 15.
Et privilegio fori, ib. n. 16. ac 17.
Tertiarii quando gaudeant immunitate ab oneribus perſonalibus, ib. n. 22.
Quid de maritis, ſive uxoratis, ib. nu. 13.
Tertiarii quando ſepeliantur in Eccleſiis Regularium, to. 4. conſ. 212. n. 1.
Quibus confeſariis confiteri poſſint peccata ſua, t. 7. conſ. 8. n. 43.
Ubi ſepeliendi, ib.
Eorum privilegia, ib.

TERTIUS.

Tertius, qui eligitur in cauſa diſcordiæ inter Epiſcopum, & Conjudices capitulares an debeat eſſe de gremio Capituli, to. 4. conſ. 164. a num. 1.
Ejus munus, ib. n. 3.
Ejus electio debet eſſe libera, non coarctata, ib. n. 8.
Pro qua perſona ſumatur, ib. n. 10. ac 25.
Ejus authoritas, ib. n. 11.
Alia prolixè, ib.

TESTAMENTUM, vid. *Cardinalis*, *Regulares*.

Publicatio teſtamenti Clericorum, vel ad pias cauſas, an ſit miſti fori, to. 5. conſ. 2. n. 47.
Teſtamentum, in quo laicus conſtituit Clericum hæredem coram quo Judice aperiendum, to. 5. conſ. 11. n. 27.
Epiſcopus rogatus a teſtatore pro aſſiſtentia, & declaratione ejus teſtamenti, an poſſit mandare exequutoribus, ne pecunias occupent, ſive inveſtiant in cenſu ordinatos a teſtatore abſque ſua approbatione, to. 8. conſ. 21 num. 4.
Quatenus in teſtamentis privatorum deferendum ſit atteſtationi ac declarationi ſcriptoris, t. 8. conſ. 117. n. 1. & ſeq.
Regularis, etiam Superior, non habet factionem teſtamenti nec pro ſe, neque pro alio, to. 10. conſ. 79. n. 1.
Poteſt tamen pro alio declarare, & voluntatem alterius explere, aperire, & arbitrari, ib. & n. 7.
Huiuſmodi declaratio quomodo fieri debeat, ib. n. 2. & 6.
An tota ſubſtantia diſpoſitionis poſſit remitti in voluntatem tertii, ib. n. 3.
Quando cenſeatur remiſſa declaratio teſtamenti, ib. n. 4. & ſeq.
Aliud eſt remittere in liberam voluntatem tertii, aliud in arbitrum, & declarationem tertii, ib. n. 5.
Quid ſi declaratio eſſet in favorem hæredis, ib.

TESTATOR, vid. *Commutatio*, *Diſpenſatio*.

Teſtator tenetur ſe conformare diſpoſitioni juris, t. 1. conſ. 352 n. 1
Ejus voluntas quando reddatur caduca, ib.
Teſtatoris voluntas legibus interdicta, non eſt ſervanda, ib.
Poteſt rebus ſuis apponere conditiones, ac leges, quas vult, to. 3. conſ. 19. num. 14.
Contra ejus voluntatem non præſumitur diſpenſatum, ib.
Ejus voluntati adhærendum, ib.
Cauſæ derogandi, vel commutandi teſtatoris voluntatem, ib. n. 9
In dubio quam viam videtur elegiſſe, ib. n. 31.
Diſpoſitio teſtatoris quando ſortiatur effectum, tom. 4. conſ. 151. n. 1. & 2.
Teſtator teſtans de Eccleſia parochiali tempore mortis, de qua Parochiali intelligatur, ib.

Quid ſi poſt conditum teſtamentum mutaverit parochiam, ib. n. 3. ac ſeq.
Interpretatio facienda eſt, prout veriſimile eſt, quod teſtatores reſpondiſſent, ſi cogitaſſent, vel ſi interrogati fuiſſent, tom. 6. conſ. 80. n. 5.
Quatenus Teſtatorum diſpoſitiones commutari poſſint, ibid. num. 7.
Teſtatoris voluntas quando capax diſpenſationis, ib. num. 9.

TESTATOR.

Teſtatores plus ſæpè ſignificant, quam loquuntur, tom. 10. conſ. 46. n. 5.
Attendenda eorum voluntas, ib.
Teſtatoris voluntas poſt ejus obitum, ex quibus elicienda, tom. 10. conſ. 127. n. 19.
Eſt ſumenda omnis poſſibilis interpretatio, ne diſpoſitio Teſtatoris reddatur inanis, ib. n. 20.

TESTIFICATIO, TESTIMONIUM.

Teſtificationibus non juratis de jure nulla fides adhibetur, to. 4. conſ. 42. n. 5.
Pluribus æſtimantur teſtimonium vivum, quàm teſtificatio in ſcriptis poſteris relicta, ib. n. 6.
In caſibus, in quibus non probat, an faciat ſaltem præſumptionem, & transferat onus probandi in præſumptionem, & transferat onus probandi in adverſarium, to. 4. conſ. 42. num. 57.

TESTIS, TESTIMONIUM, vid. *Aſſaſſinium, Notorium, Profeſſio, Metus, Cenſura, Immunitas, Juramentum.*

Teſtium depoſitio in materia Canonizationis Sanctorum, an recipi poſſit, non citato Promotore fiſcali menſæ Epiſcopalis, to. 4. conſ. 38. n. 1.
Et quid de eorum repetitione facta cum interrogatoriis, præſente promotore fiſcali, ſi abſolutis interogatoriis, eis ſolummodo lecta fuerit prima eorum diſpoſitio, quam ſinguli generaliter approbarunt, ib. n. 2. ac ſeq.
Informiter examinati, parte non citata, nihil probant, ib. num. 1.
Quod procedit etiam in receptis ad perpetuam rei memoriam, ib.
Et quando proceditur juris ſolemnitate non ſervata, ibidem.
Teſtium repetitio in materia Canonizationis Sanctorum quando facienda, ib. n. 2.
Propter illegitimas teſtium depoſitiones ſententia infirmatur, ibidem.
Quid ſi fuerint examinati a Judice ordinario, prævia illorum inductione, ac præmiſſo juramento, ib. n. 3.
Quidve ſi iidem teſtes fuerint de novo examinati formiter ſuper interrogatoriis a Promotore fiſcali, ſemper citato, adhibitis, ib. n. 4.
Poteſt teſtis ſe referre ad primum examen, etiamſi fuerit nullum, ib.
Arbitrium Judicis, in re, ib. n. 5.
Forma eos examinandi in materia Canonizationis Sanctorum, ib.
Diverſimodè teſtando ſeſe invicem collidunt, tom. 4. conſ. 42. num. 12.
Innixi lectioni ſcriptorum probant, ib. n. 13.
Auditus alieni nullam faciunt fidem, ib.
Etiamſi concurrat fama, ib.
Ut probent, quæ requiſita exigantur, ib. n. 16. ac ſeq.
Quid in antiquis ſupra centum annos, ib. num. 14. ac 15.
In quibus cauſis admittantur, ib. n. 14.
Quid in materia Canonizationis Sanctorum, ib. n. 15.
Teſtes de auditu, ac publica voce, & fama cum unico de viſu plenè probant, ib. n. 35.
Quando teſtibus de auditu alieno credendum, ib. n. 42.
Et in illis præſumatur oblivio, ib. n. 54.
Quid ſi pro ratione ſui dicti adducant lectionem hiſtoriarum publicam vocem, auditum, &c. ib. n. 55.
Quatenus ſtandum depoſitioni unius teſtis, etiam in probandis miraculis, to. 4. conſ. 57. n. 10.
Deponentes per ſenſum viſus, & tactus pleniſſimam probationem conſtituunt, to. 4. conſ. 58. n. 13. ac 20.
Ubi de excellentia huius probationis.
Eorum qualitas plurimùm roborat eorum depoſitiones, ib. num. 20.
Item & multitudo, ib.
Teſtium imperitorum depoſitiones adjuvandæ, tom. 4. conſ. 59. num. 11.
Quomodo poſſint mortem probare, tom. 4. conſ. 61. n. 14.
Ac reſurrectionem, ib.
Et miracula per famam, to. 4. conſ. 65. n. 5. & ſeq.
Non poſſunt probare, quàm ipſam ſcripturam, in qua ſe fundant, & ad quam ſe referunt, tom. 4. conſ. 666. n. 15.
In quo modo probare debeant miracula in genere, tom. 4. conſ. 71. num. 4.
Quomodo baptiſmum, tom. 4. conſ. 73. n. 1. & ſeq.
An poſſint examinari in Eccleſiis, & earum domibus per Judicem laicum, to. 4. conſ. 122. n. 4.
De teſtibus in minori ætate conſtitutis pro cauſis S. Officii Inquiſitionis, to. 4. conſ. 192. n. 4.
Minor an deponere debeat cum authoritate tutoris, ibidem num. 2. 6. ac 7.
Impuberes cur teſtes eſſe nequeant, ib. n. 3.
Et quid de pluribus minoribus viginti annis, ib. & nu. 6. ac ſeq.
Quomodo probare debeant conſuetudinem, tom. 4. conſult. 205. num. 19.
Teſtes de audito vel de publica voce, & fama quomodo probent negativam, to. 1. conſ. 1. n. 23.
Quomodo faciant ſemiplenam probationem, ib. n. 24.
Unitus in quibus admittatur, to. 1. conſ. 93. n. 16.
In criminibus exceptis an probent examinari, non citata parte, to. 1. conſ. 128. n. 5.
Qui præferendi, to. 1. conſ. 149. n. 15.
Licèt ſingulares, ib.
Teſtes de Clero, ſive de Capitulo an admittendi, tom. 1. conſ. 162. n. 11. & 12.
Quatenus probent, ib. n. 21.
In cauſa immunitatis Eccleſiaſticæ quinam ſufficiant, to. 1. conſ. 172. num. 3.
Qui induci debeant ad probandum non cultum alicuius ſervi Dei, an induci poſſint biduò poſt citationem, tom. 1. conſ. 189. n. 1. & 2.
An qui ſimpliciter dixerint contenta in articulo eſſe vera eadem minimè ſpecificando, nec recenſendo quid unuſquiſque ſciret de viſu, & certa ſcientia propria, vel de audi tu alieno, ac eorum plerique ſe generaliter retulerunt ad aliàs dicta, & aliqui teſtati fuerint de publica voce, & fama ſuper non ſpecificè prius individuatis, admitti debeant, tom. 1. conſ. 192. n. 1. & 2.
In eorum exploratione quid obſervandum, tom. 1. conſult. 193. n. 9. & conſ. 199. n. 3.
Teſtibus, non teſtimoniis credendum, ib.
An ſint idonei teſtes Religioſi ejuſdem Religionis, ſive Communitatis, tom. 1. conſ. 194. n. 1. ac ſeq.
Ejuſmodi teſtes num admittendi in cauſis arduis, ib. n. 1.
Num ſint integri, ib.
Eorum affectio purgatur per juramentum, ib. n. 2.
Quando excludatur propter eorum commodum, ib.
Quid ſi reddant rationem, ib. n. 3.
Si ſint multi, & adminiculati dicto aliorum, ib.
Agaturque de geſtis in Monaſterio, ac de re perſonis degentibus intra clauſtra, ib.
Quatenus qui ſunt de Univerſitate poſſint eſſe teſtes quoad ea, quæ concernunt Univerſitatem, ib. & n. ſeq.
Qui ſint idonei, ib. n. 5. Ubi in id animadverſio.
Pro cauſa Canonizationis Sanctorum ubi examinandi, tom 1. conſ. 204. n. 1.
Eorum depoſitiones ſolummodo acceptæ ad perpetuam rei memoriam an probent in cauſa Canonizationis, tom. 1. conſ. 214. per tot.
Quid in materia Eccleſiaſtica, ib. n. 2.
Ex quovis capite nulliter examinati poſſint repeti, ib.
Inducti, & examinati ad probandum legalitatem teſtium defunctorum an ſint admittendi, tom. 1. conſ. 215. nu. 1.
Ex ejuſmodi admiſſione an reſultet nullitas proceſſus, ib. num. 2.
Vocati an neceſſariò ſint monendi, to. 1. conſ. 216. nu. 1.
Qui modus in iis monendis obſervandus ſit, ib. n. 2.
An ſit docendum, quòd unuſquiſque juraverit per diem ante ſuum examen juxta praxim Curiæ Romanæ, tom. 1. conſ. 217. n. 1.
An ſigillatim ab ipſorum quolibet recipi debeat juramentum de veritate dicenda, vel ſufficiat, quod pluribus in turba feratur, ab ejſque inſimul præſtetur, tom. 1. conſ. 218. num. 1. & 2.
An iterum examinati, iterum jurare debeant, to. 1. conſ. 218. num. 1. & 2.
An omnes examinari debeant ſuper omnibus articulis in Remiſſoria tranſmiſſis, tom. 1. conſ. 220. n. 1.
An ipſorum atteſtationes, non ſervata forma juris, & remiſſoriæ, ſint penitus reſpuendæ, tom. 1. conſ. 221. n. 1.
Depoſitio immatura morte præventa, quatenus ſit admittenda, to. 1. conſ. 222. n. 1.
Certitudo mortis ejuſmodi teſtis ex quibus probetur, ib. n. 2.
Quomodo deponentes de negativa reddantur de falſo ſuſpecti, tom. 1. conſ. 238. n. 4.
An ſi tantùm dixerint, de omnibus ac ſingulis fuit, ac eſt publica vox & fama, publicum & notorium, eorum dictis aliqua ratio habenda ſit, to. 1. conſ. 239. n. 1.
Num teneantur reddere rationem aſſertæ publicitatis, ib. ac num. 2. & ſeq.
An probent, ſi utantur ſolo vero tempore præſenti, tom. 1. conſ. 240. n. 1. ac ſeq.
Deponentes de fama, quando plenè probent, tom. 1. conſ. 240. num. 1. & 241. n. 1.
An interrogari debeant ſuper quidditate, & circumſtantiis miraculorum, to. 1. conſ. 242. n. 1.
Quomodo in ſpecie deponere debeant, ib. n. 2. ac ſeq.
An, & quatenus neceſſe ſit, quòd deponant per verba juris vel facti, ib. n. 5. ac ſeq.
Quomodo probare debeant immemorabilem, tom. 1. conſ. 242. num. 4.
Quando nequeant alii produci ſuper iiſdem articulis, to. 1. conſ. 251. n. 13. ac ſeq.
An publicatis ad perpetuam rei memoriam examinatis poſſint alii teſtes produci, ib. n. 21.

An,

An, & quibus in casibus mulieres pro testibus admitti possint, to. 1. cons. 254. n. 1.
Testes ad perpetuam rei memoriam examinati quo pacto probent territorium separatum tom. 2. cons. 26. n. 8. ac 22. & seq.
Quomodo probare debeant qualitatem homicidii proditorii, tom. 2. cons. 37. a n. 6. ac 11.
Examinati in foro sæculari an probent in Ecclesiastico, ib. num. 7.
Inducti a Fisco quando contra ipsum probent, tom. 2. cons. 38. n. 17.
In criminalibus contra Fiscum sufficit unus testis, ib.
Testis laicus falsum deponens coram Judice Ecclesiastico, an sit puniendus ab ipso Judice Ecclesiastico privativè quoad Judicem laicum, tom. 2. cons. 47. n. 1.
Declaratio in hac re S. Congregationis, ib. n. 2.
Potest Episcopus, procedere contra laicum, qui subornare attentavit testes in causa pendente coram Judice Ecclesiastico, ib.
Quid in Curia sæculari accusatio falsitatis fuerit prius inchoata, quàm incœpta per Judicem Ecclesiasticum inquisitio, ib. n. 3.
Quidve si Judex laicus absolveret, & Ecclesiasticus condemnaret testes falsos, ib.
Falsus testis a quo Judice puniendus, ib. n. 4.
Conciliatio Doctorum hac super re, ib.
Rejicitur, ib.
Testes, etiam singulares nobiles, an conjungantur ad faciendum plenam probationem, tom. 2. cons. 53. n. 16.
Testes mediatores quot, & quomodo probent verbum datum de non offendendo, ib. ac n. 16. 20. & seq.
Quid in judicio immunitatis Ecclesiasticæ, ib.
Quidve favore dotis, ib. n. 16.
Quid requiratur, ut dici possint omni exceptione majores, ibidem.
Testes singulares quando juvent, ib. n. 21.
Inducti ad privandum reum immunitate loci, debent esse omni exceptione majores, ib.
Non contestes rejiciuntur, ib.
Quid si patiantur exequutionem in personam, ib. n. 22.
Quando possint examinari ante litis contestationem, tom. 3. cons. 10. num. 1. ac 5. & seq.
Quid in causa beatificationis, & Canoniaationis Sanctorum, ib. num. 2. ac seq.
A quo Judice hujusmodi testes examinandi, ib. n. 6.
Quid si lis dicatur contestata per appositionem manus Pontificis, ib. num. 7.
Praxis eos examinandi, ib. n. 8.
Ubi S. Congregationis declarationes, & n. 12.
Ut dicantur senes quot annos excedere debeant, ib. n. 11.
Quando dicatur eorum absentia diuturna, ib.
In criminalibus an recipiantur testes, lite non contestata, ib. num. 12.
Personæ eximæ, præsertim parte instante plenè probant, t. 3. cons. 21. n. 12.
Potest eorum examen committi in loco eorum domicilii, t. 3. cons. 38. num. 6.
Non debent indebitè contra stylum evocari per longum iter, ibidem.
De testibus societatis, to. 8. cons. 73. n. 100.
Testes desumpti ex processu confecto authoritate Ordinaria, an sint attendendi in causis Canonizationis Sanctorum, t. 5. cons. 27. a n. 1.
Et quid si testes morte præventi repeti non possint, ib. n. 3. & 4.
Quamque probationem faciant, ib. & n. seq.
Testes singulares an, & quatenus probent miraculum, to. 5 cons. 31. a n. 1.
Quam fidem faciant, ib. n. 2.
Testes etiam singulares deponentes super miraculis ex simplici auditu ab ipsis Servis Dei, qui miracula patrarunt, an & quatenus probent, tom. 5. cons. 34. a n. 1.
Testes de auditu alieno, quamvis plures habentur pro uno, ib. n. 1.
Auditus testium quotuplex, ib. n. 2.
Quatenus dicantur singulares, ib. n. 4. & 5.
Testis laicus, qui coram Judice Ecclesiastico falsum deponit, a quo Judice puniendus, tom. 5. cons. 64. n. 1.
Testes de visu plenam fidem faciunt, to. 6. cons. 26. n. 3.
Quid de testibus amicis, ib. & n. seq.
Quid de testibus dubiis, ib. n. 5.
Quomodo probent sortilegia, to. 6. cons. 35. n. 4. & seq.
Crimen simoniæ, ib.
De auditu, ib. n. 5. ac 6.
De confessione extrajudicali, ib. n. 7.
De unico teste, ib.
De teste inimico, ib.
De teste olim famulo expulso, ib. n. 8.
Quis teneatur de erroribus falsitatis, quæ committuntur in examine testium pro statu libero matrimonii, to. 6. cons. 44. num. 1.
An cognitio testium, qui examinantur, pertineat ad solum Notarium, ib. n. 2.
Si testes, qui asseruntur a Notario recognovisse fides, & attestationes, aliaque documenta negent recognovisse, cujnam credendum sit, ib. n. 5.
Depositiones testium an scribendæ sint idiomate, quo proferuntur, tom. 6. cons. 56. a n. 1.
Testis quando inhabilis, tom. 6. cons. 99. n. 27.
Quando socii criminis admittantur in testes, ib. n. 28.
De teste deponente falsum in S. Officio. & in materia ad S. Officium spectante, to. 7. cons. 37. n. 3.
Qui de hæresi suspectus, ib. n. 3.
Quatenus dicantur deponere falsum, ib.
Quomodo teneantur jurare, tom. 7. cons. 42. a n. 1.
Defectus juramenti an & quatenus vitiet eorum examen, ib. num. 2. & seq.
Cur eis præbeatur juramentum, ib. & n. 4. ac seq. & n. 8.
Testes examinati sine juramento, an & quod faciant judicium, ib. a n. 9.
An faciant præsumptionem, ib. n. 12.
Quid si juramento ratificent primum examen, ib. a n. 13.
De testibus per turbam deponentibus, to. 7. cons. 84. a n. 1.
An examen testium pro informatione Curiæ receptum coram Judice sæculari, legitimari possit coram Judice Ecclesiastico, tom. 8. cons. 6. a num. 1.
Et quid e contra, ib.
Quid de testibus examinatis coram Judice laico contra aliquem, qui postea detectus fuit Clericus, ib. n. 10.
Petita copia actorum in causa criminali cum expressione nominum testium danda est Regulari, to. 8. cons. 41. a n. 1.
Quid in crimine hæresis, ib. & n. seq.
Nomina testium cur publicanda, ib. n. 2.
Et cujus timeatur offensio, ib. n. 3.
Quatenus evocari possint per longum iter, tom. 8. cons. 79. num. 1. & 5.
Et cuius sumptibus, ib. & n. 8.
In probando statu libero matrimoniorum a quo examinandi, ib. num. 4.
De testibus singularibus in tempore, & loco tantùm, concordantibus tamen in specie, & facta hæresi, tom. 8. cons. 100. a n. 1.
Et an ex testibus singularibus possit quis damnari ad pœnas contra hæreticos inflictas, ib. n. 24.
Et quid de testibus singularibus quoad ipsam hæresis substantiam, ib. n. 25. & seq.
Testes, qui admittuntur in cap. In fidei favorem de hæret. in 6. an probent pro pœna ordinaria contra reos negativos, to. 8. cons. 119. n. 1. & seq.
Quem gradum probationis constituant, ib.
Unico testi, an & quatenus sit deferendum, t. 8. cons. 127 a n. 1. & 4.
Qui testes requirantur ad inquirendum contra Episcopum, tom. 8. cons. 136. n. 1.
Qui dicantur omni exceptione majores, ib. n. 13.
Examinati coram Episcopo, tamquam Inquisitore, quatenus purgari debeant a masculis, mediante tortura, ib. nu. 14.
Quid si fuerint subornati, & an eis potius, quàm Notario credendum, ib.
De pluribus testibus singularibus singularitate adminiculativa, to. 8. cons. 141. num. 1.
Quem gradum probationis constituant in materia hæresis, vel apostasiæ, ib. n. 2.
Testium fides ex quibus reddatur dubia de jure, to. 9. cons. 2. num. 50.
Quando censeatur cessasse eorum suspicio, ib. ac timor periurii, ib. n. 51. Eiusque pœnæ, ib.
Debent primò iurare, & postea de veritate facti interrogari, ac deponere, ib.
Testes examinati a fisco laico super qualitate excepta in Constitutione Gregorii XIV. de immun. Eccles. non probant, tom. 9. cons. 5. num. 8.
Debent examinari coram Ordinario Ecclesiastico, & quomodo, ib.
Præcipuè si pro reo sit facta instantia, ib.
Confrontatio testium quam vim habeat, tom. 9. cons. 6. n. 1.
Quomodo liberetur fiscus obligatione repetendi testes, ib. n. 2.
Testes examinati absque partis citatione, nisi repetantur, an, & in quibus criminibus locum habeant, ib. n. 4.
Quando sit locus repetitioni testium, ib.
Dictum unius testis super delicto immediatè deponentis, sufficit ad torturam, tom. 9. cons. 8. n. 4.
Qui Testes sint admittendi ad probandum, quod quis sit extractus a loco immuni, tom. 9. cons. 9. n. 4.
In qualibet materia sufficiunt duo testes ad plenam probationem faciendam, ib. Quid si patiantur exceptiones, ib.
Exceptiones testium simul junctæ admittuntur ad destruendan probationem, ib.
Quænam opponi possint contra personas testium, ib. n. 3.
Quænam contra eorum depositiones, ib. n. 4.
Quando non possint reduci ad concordiam, sed tamquam falsi rejiciantur, ib. n. 4.
Quando in totum non repellantur, ib. n. 5. & 6.
Quando testes falsi in circumstantiis probent in negotio principali, ib. n. 7. & n. 8. vid. Circumstantiæ.
Quid si eorum testimonium proferatur in causa pia, ib. n. 9.
Quid de deponentibus inverisimilia, ib. n. 10. vid. Inverisimilitudo.

Quando debent reddere cauſam ſcientiæ, ib. n. 11.
Quid de teſtibus dicentibus ſe vidiſſe de nocte, ib. num. 11.
Et quod lucebat luna, ib.
Eorum probatio remittitur arbitrio Judicis, ib. n. 12.
Quod judicium faciant teſtes ſingulares de confeſſione rei extrajudiciali, to. 9. conſ. 18. n. 70.
In criminalibus teſtes quales eſſe debeant, tom. 9. conſ. 32. numer. 2.
Teſtes Univerſitatis an, & quatenus probent, to. 9. conſ. 44. num. 18.
Teſtes nullìter examinantur abſque citatione, tom. 9. conſ. 143. num. 1.
Non probant ſi non concludant in ſuo dicto, ib.
Si nullam reddant rationem ſcientiæ, ib.
Quando redditio cauſæ ſcientiæ in teſte ſit neceſſaria, ib.
Quid ſi concludant veriſimiliter, ſive probabiliter, & a communiter accidentibus, ib. n. 12.
Præcipuè ſi agatur de iis, quæ ſenſu corporeo immediatè non percipiuntur, ib. n. 12.
Vel quia deponant de viſu, & auditu per quadraginta, & amplius annos, ib.
Conteſtes, & informati probant obſervantiam, tom. 9. conſ. 143. num. 44.
Quatenus teſtes non poſſint amplius impugnari, ib. n. 58.
De teſtibus examinatis ad perpetuam rei memoriam abſque citatione, ib. n. 12.
Ac de iis, qui percipiunt commodum, ib. & conſ. 148. n. 11.
An, & quatenus remiſſoriæ pro examine teſtium in partibus ad reprobandum teſtes examinatos pro nullitate profeſſionis, præſertim in moniali, legitimè a Monaſterio egreſſa, & matrimonio in facie Eccleſiæ conjuncta, concedendæ ſint, tom. 9. conſ. 179. a n. 1.
Quando teſtes evocandi ſunt ad Urbem, ut ſubjiciantur examini, ib. num. 1.
Quid ſi in comprobationem articulorum examinandæ ſint moniales, ib. n. 3.
Quando hujuſmodi remiſſoriæ ſint denegandæ, ib. numer. 4. & ſeq.
Subornati teſtes ad denegandum aliorum teſtium examen, to. 9. conſ. 181. nu. 32.
Uno teſte ſubornato, præſumuntur omnes alii ſubornati, ibidem.
Ex quo id conſtare poterit, ib.
Unus teſtis contra ſubornatem planè probat, ib.
Teſtes viles rejiciendi, ib. n. 35.
Inimici, ib.
Singulares, ac deponentes de ſimplici tantùm auditu, ibid.

TESTIS, TESTIMONIUM.

In Teſtibus,, quæ ratio potiſſimùm attendenda, to. 10. conſ. 20. num. 8.
Teſtes quatenus exiſtimandi ſint inimici, conſ. 44. n. 21.
Ac rejiciendi, ib.
Uti inſtigatores, & accuſatores, ib.
Teſtes ſolùm de auditu, & fama, ib. n. 22.
Maximè ſi a quo audiverint, non deponant, vel ſaltem nominent, cui etiam judicialiter, id deponenti non crederetur, ibidem & nu. ſeq.
Et ipſimet de auditu ſuſpecti ſint, ib.
In caſu, quo admittantur, quales eſſe debeant, ib.
Quid ſi contra famam urgeat depoſitio Teſtis pro fiſco examinari, ib.
Teſtes ſuper fama debent eſſe idonei, ac omni exceptione majores, ib. num. 26.
Apud viros graves procedentes ſola facti veritate inſpecta, teſtes probant, quamvis formiter examinati non fuerint. to. 10. conſ. 34. num. 1
Teſtes examinati abſque citatione quando non obſtent, tom. 10. conſ. 67. num. 6.
Ad quid inſerviant, ib.
Eorum veritas ex quibus confirmari poſſit, ib.
Teſtes ad probandam immemorabilem quomodo deponere debeant, tom. 10. conſ. 75. n. 15.
Quomodo quadragenariam, ib. n. 16.
Teſtibus de communitate, an ſit adhibenda fides, ib. n. 17.
Quomodo probent dominium, ac poſſeſſionem, ib. num. 18.
Quid ſi eorum depoſitio ſit adminiculata, ib. n. 19.
Teſtes examinati pro informatione Curiæ Parte non citata, non probant, to. 10. conſ. 93. n. 4.
Quid de vaſſallis, ac ſubditis angariis, & perangariis, ib. num. 5.
Teſtes fratres Sacerdotes quatenus probent, tom. 10. conſ. 104. num. 16.
Frater de jure admittitur ad teſtandum pro fratre in cauſa civili, ib. num. 17.
Canonici, an & quatenus poſſint eſſe Teſtes idonei pro ſuo Capitulo, tom. 10. conſ. 120. n. 6. & ſeq.
An & quatenus Confratres pro ſua Confraternitate, ib. nu. 6. & ſeq.
Teſtes, ſive Clerici, ſive laici poſſunt compelli etiam cenſuris ad perhibendum teſtimonium veritatis, to. 10. conſ. 124. num. 9.
Idque ſive in cauſa civili, ſive in criminali, ib.
Ac etiam ſi quis teneretur juramento non revelandi delictum, ib.
Quomodo probare debeant conſuetudinem immemorabilem, tom. 10. conſ. 138. n. 5.
Quid ſi fuerint examinati a Judice ſubdelegato, ib.
Vel contra formam remiſſorialium, ib.
Ac ſine aliis requiſitis, ib.
Vel ſine Partis citatione, ib. n. 6.
Teſtes deponentes contra Epiſcopum, quales eſſe debeant, tom. 10. conſ. 161. a n. 8.
Teſtis laicus in delicto Eccleſiaſtico, a quo Judice mulctandus, ib. n. 9.
Exceptiones contra Teſtes pro parte Epiſcopi, ib. n. 10.
An probent miraculum alicujus Servi dei unus Teſtis de viſu, alter de ſolo auditu a Patre, vel a Matre ipſius ſanati, vel ſaltem adminiculentur hiſtoria vitæ Servi Dei a pluribus viris ſcripta, to. 10. conſ. 187. a num. 1.
Teſtimonium de auditu alieno, quatenus faciat probationem, ibid.
Quid ſi cum dicto unius Teſtis concurrat publica vox, & fama probata, ſaltem per duos Teſtes, ib. n. 2.
An Teſtes domeſtici legitimè probent miraculum ſanationum, to. 10. conſ. 179. a n. 1.
Quinam dicantur domeſtici, ib.
Quid ſi loquerentur aſſertivè, ib. n. 4.
Si infirmus ſe ſanum ſiſtat coram Judicibus Apoſtolicis, ib. n. 5.
Unicus Teſtis, an & quatenus probet miraculum, conſult. 180. a num. 2. & ſeq.
Teſtis quomodo deponere debeat, ib. n. 1.
Sacerdoti referenti factum in perſona propria plenè creditur in materia difficilis probationis, ib. n. 3.
Eoque magis ſi agatur de depoſitione Sacerdotis recepta per Notarium publicum, ib. n. 4.
Quid ſi cum dicto unius Teſtis concurant indicia, & adminicula, ib. n. 5.
An Teſtes deſumpti ex proceſſu authoritate Ordinarii confecto in cauſis Canonizationis Sanctorum, attendendi ſint, to. 10. conſ. 182. a num. 1.
Hujuſmodi Teſtes ad quid ſolùm interveniant, ib. n. 1.
Quid ſi morte præventi nequeant repeti coram Judicibus Apoſtolicis, ib. n. 3.
Quo in caſu quam probationem faciant, ib.
Quid ſi depoſitio horum Teſtium judicialiter excepta fuerit cum legitimo contradictore, ib. n. 4.
Quid ſi Teſtis non reddat rationem per ſenſum corporis, & auditum, tom. 10. conſ. 184. n. 6.
Quidve ſi deponerentur per verba præſentiam importantia, quamvis ea non fuerit expliciter narrata, ib. n. 6.
Quidve, ſi teſtis nihil dixerit de proprio viſu, ib. n. 7.
Quidve ſi accedat maxima veriſimilitudo, ſi nempè Teſtes ſint domeſtici, famuli, &c. ib. n. 8.
Coadjuvetque probatio ex inſpectione oculari facta per Judices remiſſoriales infirmi, ib. n. 9.
An Teſtes deponentes de ſolo auditu alieno, publicaque voce, & fama admitti poſſint ad probandum miraculum, tom. 10. conſ. 187. a num. 1.
Quid ſi adeſſent alii Teſtes de viſu, ac certa ſcientia, ib. n. 2.
Qui Teſtes requirantur ad probationem miraculi, ib. nu. 3.
Opinio Teſtium an probet factum, ib. n. 5.
Quid de Teſte impubere, ib. n. 6.
An, & quatenus probet, ib.
Quidve de teſtimonio puberis de viſis in pupillari ætate, ib. num. 7.
Quid de infante, ib. n. 8. & 9. ac ſeq.
An probent Teſtes, qui nullo modo de tempore deponunt, ib. num. 3.
Teſtes quatenus dici nequeant ſingulares, ib. n. 2.
Facienda eſt omnis interpretatio, ut teſtes dicantur conteſtes, ib. n. 3.
Quando Teſtium opinio non ſit attendenda, ib. n. 5.

THEATINI.

Theatinorum Religio an comprehendatur in prohibitione de rebus Regularium non alienandis, tom. 1. conſ. 292. nu. 2.
An poſſit imponere cenſus perpetuos ſuper bonis immobilibus, ib. num. 3.

THEOLOGALIS, vid. *Prabenda*.

THEOLOGI, THEOLOGIA,

Theologiæ nomine an veniant Sacri Canones, tom. 1. conſ. 147. num. 5.
Conjungenda cum Sacris Canonibus, ib. n. 8.
Ejus facultas, ib. n. 11.
Sine jure Canonico mutila, ib.
Ad ſacros Theologorum fontes recurrendum, ut pura, & incorrupta veritas hauriatur, tom. 9. conſ. 67. n. 164.
An revera detur Theologia infuſa idiotis in Eccleſia Dei, to. 9. conſ. 102. n. 1. & ſeq.
Anabaptiſtarum Theologia, ib. n. 5.
Quis Theodidacti, ib. n. 5.
Quibus idiotis Theologia infuſa, ib. n. 6. & ſeq.
An revera Antonius fuerit idiota, ib. n. 8. & ſeq.
Quid de Abbate Hor, ib. n. 16. & ſeq.
De Romualdo, ib. n. 16. & ſeq.
De Franciſco Aſiſiate, ib. n. 18. & ſeq.
De Abbate Joachimo, ib. n. 21. & ſeq.
De Ignatio, Societatis Jeſu fundatore, ib. n. 32. & ſeq.
In eum calumniæ, ib. n. 35.

THESAURARIUS, vid *Camera, Ecclesiastici.*
Thesaurarii Apostolici locus in Capella Pontificia, tom. 1. conf. 105. n. 43.
Thesaurarius Cameræ Apostolicæ num possit absolvere a censuris ob læsam libertatem, ac immunitatem Ecclesiasticam incursis, to. 9. conf. 16. n. 13.
Non habet facultatem absolvendi a Censuris ab Ordinario latis, ib. num. 14.
Neque in Episcopo exercere potest aliquam jurisdictionem, ib. nisi in causa spoliorum, ib.
Quid vigore Constitutionis Urbani VIII. pro Thesaurario, ib. num. 16.
THORUS, vid. *Adulterium.*
Causa separationis thori pertinet ad solum Judicem Ecclesiasticum, tom. 4. conf. 7. n. 7.
THRONUS, vid. *Baldachinum.*
Thronus in Ecclesia quibus debeatur, tom. 1. conf. 7. nu. 19. ac seq.
THURIBULUM.
Duplicis thuribuli usus eodem tempore an liceat, tom. 2. conf. 35. n. 5. & to. 3. conf. 65. n. 4.
THVRIFICATIO.
Thurificatio triplici ductu quomodo Principibus debeatur, tom. 1. conf. 7. num. 23. & 30.
Triplici ductu, an, & quando Gubernatoribus laicis, etiam Ditionis Ecclesiasticæ sit danda, to. 4. conf. 4. a nu. 1.
Quid in hoc possit consuetudo, ib. n. 2. 3. ac seq.
Thurificatio triplici ductu cujus sit juris, ib. n. 4.
An danda juxta merita, ib. ac n. 5.
Danda secundùm regulas justitiæ distributivæ, ib.
Quot thurificationes dandæ sint Priori Collegiatæ, quot Canonicis Cathedralis, to. 4. conf. 29. n. 25.
Præcedentia thurificationis an arguat primam Dignitatem, tom. 4. conf. 36. num. 16.
Variæ causæ thurificationis, to. 4. conf. 77. n. 5.
THUS.
An beneficiarii ex antiqua consuetudine teneantur thus dare Clericis Seminarii in missa, vesperis, & laudibus, etiamsi induti sint dalmatica, vel pluviali, tom. 6. conf. 49. a num. 1.
Debent thus accipere omnes, qui sunt de choro, ib. n. 1.
Etiam pueri Seminarii, ib.
Capitulum potest facere Clericos Seminarii de choro, ibid. num. 2.
Sunt de choro, ib.
Idque præsertim ex possessione, ib. n. 4.
Quæ consuetudo sufficiat, ib.
Quid si esset immemorabilis, ib. n. 5. & seq.
Quid quoad Cappellanos, & musicos, ib.
Thurificantis observatio, ib. n. 7.
Qui debeat thurificare, ib. n. 8. & 9.
Qua distinctione thus dandum, ib. n. 9. & 10.
Ritus thurificandi, ib. n. 11.
TIBIA, vid. *Sanatio.*
TIMOR.
Ut aliquid dicatur factum timidè propter minas, quid sit probandum, to. 5. conf. 9. n. 2.
TITULARIS, TITULUS, vid. *Magistratus, Beati. Paracia, Possessio, Immemorabilis, Episcopus, Patrimonium, Cardinalis.*
Titulus Beati, vel Sancti an arguat cultum, tom. 1. conf. 79. per tot.
An, & quo pacto præsumatur titulus ex præstatione decennali, to. 4. conf. 4. n. 11.
Faciens aliquid per quodcunque tempus absque titulo, an possit cogi ad continuandum, ib. n. 13.
Immemorabilis possessio quem titulum tribuat, ib. n. 2.
An dies Sancti Titularis sit dies festus in Ordine ad erectionem baldachini ab Abbatibus erigendi, tom. 3. conf. 12. num. 2.
Ejus dies festus solemnis, ib.
Et primæ classis, & sub ritu duplici, ib.
Titulus Eminentissimi quibus ab Urbano VIII. datus, tom. 5. conf. 12. n. 79.
Quatenus inferri nequeat præjudicium prærogativis possessis a ministris Sedis Apostolicæ, ib.
Tituli Ecclesiarum Urbis, to. 6. conf. 98. n. 17.
Quinam sint, ib.
Unde loca Sacra Tituli dicta, ib. n. 18.
Cujus Pontificis fuit hoc institutum, ib. n. 19
Cur instituti, ib.
Eorum divisio, ib.
Numero aucti, ac limitati, ib.
A quibus nomen sortiti, ib.
Titulus Illustrissimæ, & quatenus Civitati a Concionatoribus tribuendus, tom. 10. conf. 4. n. 3.
Quid si Episcopus id prohibeat, ib.
Tituli Ecclesiarum quid, tom. 10. conf. 117. n. 1. & seq. ac num. 6. & 8.
Cur Ecclesiæ ita appellatæ, ib.
Fiscales Tituli, ib.
A quo solùm apponi poterant, ib. & n. 2.
Titulus unde dictus, ib. n. 5.
Nomen Tituli quibus applicatum, ib. n. 7. & seq.
Tituli ordinationum, ib. n. 10.
Quot personæ singulis Titulis olim præfecti, ib. n. 11.
Ministri aucti in Titulis, ib.
A quo in Urbe, ac quibus assignati, ib. n. 12.
Officium Presbyterorum, qui Titulis adscribebantur, ibid. num. 14.
Officium Diaconorum, ib. n. 15.
Titulus quibus Ecclesiis datus, ib.
Authoritas in Titulis aucta, ib. n. 16.
TOLERANTIA.
An ex tolerantia inducatur approbatio, tom. 2. conf. 34. num. 54.
Et consensus, ib.
Sitque satis ad dispensandum, ib.
Quo pacto habeat vim tacitæ concessionis, to. 1. conf. 44. num. 5.
Et ex ea oriatur titulus, ac permissio Sedis Apostolicæ, ac præscriptio contra jus, ib.
Præcipuè si fuerit immemorabilis, ib.
Tolerantia & taciturnitas longi temporis ministrorum, ad quorum curam aliquid pertinet, facit præsumi titulum, & confessionem præcessisse, to. 5. conf. 57. n. 4.
Tolerantia Superioris, an tribuat jus aliquod inferiori, tom 10. conf. 95. n. 15.
Quid si habeat vim concessionis, ib.
Quidve in actibus facultativis, ib.
An ex ea inducatur consuetudo, ib.
TONSURA, vid. *Habitus, Ordines, Melitenses.*
An suscipiens primam tonsuram ab alieno Episcopo absque sui Ordinarii dimissoriis, ac in fraudem fori sæcularis ac munerum laicalium, privetur privilegio fori, to. 2. conf. 66. a num. 1.
Ubi in eum pœnæ.
Eam recipiens sine licentia sui Episcopi an gaudeat privilegio clericali, ib. n. 8.
Aliæ in ipsum pœnæ, ib. ac seq.
An veniat appellatione Ordinum, ib. n. 11.
Sitque verus Ordo, ib. ac to. 3. conf. 20. num. 10. ac 25.
Eam suscipiens in fraudem onerum laicalium an gaudeat immunitate, & peccet mortaliter, ib. n. 25. ac seq.
Qualis esse debeat, to. 3. conf. 7. n. 39.
Italus faciens se promoveri ad tonsuram clericalem, cum falsis dimissoriis ab alieno Episcopo quas pœnas incurrat, to. 8. conf. 37. n. 1.
An in eas comprehendantur Melitenses, ib. a n. 1.
Irregularis an possit eam licitè suscipere, tom. 8. conf. 147. num. ult.
TORTURA.
An infligenda per Episcopum reo confugienti ad Ecclesiam pro elicienda veritate in casu excepto, t. 1. tota conf. 169.
Tortura Clerico magis irrogat majorem infamiam, quàm auferat maculam, to. 7. conf. 19. n. 9.
Reus tortura affectus, quantumvis absolutus, potest puniri pœna extraordinaria, etiam corporis afflictiva, ib.
Quatenus detur ad eruendam veritatem, tom. 8. conf. 130. num. 2.
Vel responsionem, ib.
Ad torturam quid sufficiat, tom. 9. conf. 8. n. 4.
TRADITIONES, vid. *S. Scriptura.*
TRANSACTIO, vid. *Concordia, Regulares.*
Transactio quam causam requirat, to. 1. conf. 136. nu. 1.
Inter Regulares cujus Superioris præsentiam exigat, ib. ac num. 13.
Item quas solemnitates, ib. n. 11. & 14.
Habet vim alienationis, ib. n. 12.
Ut rescindatur, sufficit sola superioris impugnatio, ib.
Superior in ea vocandus, ib. n. 13.
Ante obtentum beneplacitum potest impugnari, estque locus pœnitentiæ, ib. n. 14.
In transactione voluntaria quæ causa requiratur, ib. n. 15.
Est nulla defectu consensus, ib. n. 22.
Ejus essentia, ib. n. 23.
Inter Ecclesiasticos, & Communitates seculares quid operetur, tom. 2. conf. 34. n. 15.
